Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo Quinto.
Relatio Illrmi et Excellmi Dni Dni Caroli de
Czekarzowice Tarlo Prolancellary Rni Stzycen Capitan.

Roborant Magnca Anna de Potok Stanislawska
Palatina Kyoue et P. Szczuka Referendarius Regni

Joannes Tertius etc. Significamus etc.

Quod cum ad supplicationem Magnifica Annæ de Potok Stanislawska, olim Magnifici Stanislawski Palatini Kyo- vp.
uiæ, vltimo voto Consortis, derelictæ Viduæ, hic Varsauiæ in Arce Nostra Regia, in lecto ægritudinis decumbentis, Secretarium Nostrum vnà cum Actis Metrices Regni pro facienda infrascripta Recognitione misissemus et deputassemus., Comparentes personaliter coram eodem Secretario Nostro Deputato, Actisq Metrices Cancellariæ Nostræ Minoris prænominata Magnifica Anna de Potok relicta Vidua prafati Magnifici olim Stanislawski Palatini Kijouiensis tam suo pro interesse, quam nomine Generosæ Theophilæ Helenæ de Kuro- zweki Potocka Viduæ, vti Matris, Magnifici Felicis Potocki Palatini Cracouien, Exercituum Ducis Campestris vti Tuto- ris, atq; Generosi Andreæ Potocki Capitanei Nostri Jabło- nouien tanquam Fratris germani Contutorum verò suorum Generosæ Constantiæ Mariannæ de Potok olim Generosi Boguslai Potocki et prafata Generosa Theophila He- lena de Kurozweki Mecinska Coniugum Filiæ pro quo- rum omnium intuitu infrascriptorum ratihabitione solen- niter cauet, et se super Bonis suis omnibus mobilibus et immobilibus inscribit, licet corpore debilis mente ta- men sana existens ab vna; et Generosus Stanisleus vn Szczucin Szczuka Referendarius Regni Lublinensis Va-

racensis Capitaneus itidem mente et corpore sanus ab altera
parte recedendo a Terris Districtibus et Iurisdictione sua
quauis propria et competenti, huic autem Nostræ Regiæ Iu-
risdictioni quo ad actum præsentem duntaxat se se
cum Personis, Bonis, ac Posteris, suis subjiciendo, palam ultro
beneuole, ac per expressum recognouerunt, præsentibusq;
recognoscunt. Quia ipsi Contractum Antenuptialem siue
Sponsalitium, intuitu Matrimonij per se Recognoscentem
Generosum Referendarium Regni cum prænominata Ge-
nerosa Constantia Marianna de Potok Sponsa sua cha-
rissima contrahendi, tum quoq; ratione aliarum Conditio
num in eodem Contractu specifice expressarum, inter
se Recognoscentes moderno: et prænominatos Magni
ficum et Generosum Contutores mutuo et abinuicem fa-
ctum et conscriptum manibus suis Recognoscentium
subscriptum et sigillis communitum, atq; Vadio Centum
Quadraginta Millium Florenorum Polonicalium robora-
tum, de data illius huc Varsauiæ die hodierna nempe
Quinta Mensis Februarij Anni præsentis Millesimi
Sexcentesimi Nonagesimi Quinti, in omnibus et singulis
illius punctis clausulis et conditionibus pro parte et interes-
se suo approbarunt confirmarunt et ratificarunt prout
præsentibus approbant confirmant et ratificant. Submittens
se et vnus alteri in bonis suis omnibus mobilibus et immo-
bilibus summisq; pecuniarijs nunc habitis et in posterum
habendis inscribentes, successoresq; suos obligantes eun-
dem Contractum ad præsens roboratum, in omnibus illius
punctis et contentis firmiter tenere complere, eiq; per
omnia et in queuuis minima parte in toto satisfacere.
Insuper Magnifica Palatiniſsa Kyouia, seorsiue et specifice
se se de bonis suis omnibus submittens et cum suis qui-
busuis successoribus inscribens à prafatis Generosa The-
ophila Helena de Kurozweki Potocka Matre, Magnifico
Felicè Potocki Palatino Cracouiensi et Exercituum Regni

Campestri Duce, atq; Generoso Andrea Potocki Capitaneo
Jablonouien: Contutoribus suis, ut præsentem roborato-
„riam Inscriptionem ex personis et pro interesse suo
approbent vel seorsiue Contractum ante dictum ante-
„nuptialem coram Actis authenticis Regni quibuscunq;
ratificent sua cura et opere efficere. Idq; sub Vadio
Centum Quadraginta Millium Florenorum Polonicali-
„um per se Recognoscentes et seorsiue per vnumquemq;
illorum Contrauenientem casu non adimpletionis præ-
„missorum in toto vel in minima quauis parte ad soluendum
in toto succumbendo. Pro quo quidem Vadio ac reali-
„qua ex præmissis in toto vel in parte non completa
nihilominus complenda Citati cum suis successoribus
ad Judicium Tribunalitium Regni Lublinense in
primo Citationis Termino comparere, stare, respondè-
re Vadium succubitum in instanti soluere, et rei prin
cipali in toto et in quauis minima parte satisfacere
tenebuntur, nullis sibi aduersus præmissa Juris
remedijs dilationibus exceptionibus motionibus
et earum Prosecutionibus quibus ad præsens renun-
„tiant suffragantibus. Aliàs in forma Inscriptio-
„nis roboratoriæ de Jure plenissimè. Quam ijdem
Recognoscentes manibus suis proprijs subscripserunt.
Anna z. P. Stanisławska W.K. Stanislaus
Szczuka Referendarius Regni Capitaneus Lubli-
nensis. Quam quidem Inscriptionem Roboratoriam
Nos ratam et firmam habentes, haberiq; ab omni
bus Volentes ad Acta præsentia suscipi et ex
eisdem de Verbo ad Verbum descriptam Parti affe-
ctanti authentice extradi permisimus. In quorum
fidem præsentibus Sigillum Regni est appressum
Actum Varsauiæ Sabbatho post Festum Purifica
tionis Beatissimæ Mariæ Virginis proximo die
scilicet Quinta Mensis Februarij Anno Domini
Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo Quinto. Reg XXI

Magca Anna de Potok Stanistawska Palatina Kyou
Lebet Gnos Stanislas Szczuka Referendario Regni

Ioannes Tertius etc. Significamus etc.

v.n. Quod cum ad petitionem Magnifica Annæ de Potok Stanistawska, olim Magnifici Stanistawski Palatini Kyouiæ, vltimo voto Consortis, derelicta Viduæ hic Varsauiæ in Arce Nostra Regia in lecto agritudinis decumbentis, Secretarium Nostrum vnà cum Actis Metrices Regni pro faciẽda infrascripta Recognitione misissemus et deputassemus. Comparens personaliter coram eodem Secretario Nostro Deputato, Actisq; præsentibus Metrices Regni, Cancellariæ Nostræ Minoris, suprafata Magnifica Anna de Potok relicta Vidua prænominati Magnifici Stanistawski Palatini Kyouiens, licet corpore debilis mente tamen et animo sana et bẽcompos existens, recedendo a Foro, Terris, Districtibus, et Iurisdictione sua quauis propria et competenti, huic autem Nostræ Regiæ Iurisdictioni, quo ad Actum infrascriptum attinet se se cum Bonis Suis subijciendo et incorporando palam vltro, libere, menteq; deliberata recognouit. Quia ipsa Generoso Stanislao in Szczucin Szczuka Referendario Regni, Lublinensi, Varacensi etc Capitaneo illiusq; Successoribus, Summam Trium Millium Talerorum Imperialium in Specie veri, certi, liquidiq; debiti tenẽtur ac debet. Quam quidem Summam totam et integram in ea Specie Monetæ, nempe in puris Taleris super bonis suis omnibus mobilibus et immobilibus Summisq; quibusuis pecuniarijs vbi-

cunq; locorum habitis et habendis inscribit et assecurat,
Eamq; totam et indiuisam memorato Generoso Referenda-
rio Regni, seu illius Posteris, in et pro Festo Natiuita-
tis Sancti Ioannis Baptistæ Anni currentis moneta
Talerorum Imperialium quemlibet Talerum sex Tymfis
numerando in effectu soluere et circa quauis acta
authentica Regni hic Varsauiæ realiter reponere et
enumerare se se et successores suos submittit et obligat.
Idq; sub Vadio aliorum Trium Millium Talerorum Impe-
rialium in defectu satisfactionis Inscriptioni præsenti
ad soluendum irremissibiliter succumbendo. Pro quo eadem
Recognoscens suis cum successoribus, nec non pro ipsa
Summa essentialis debiti, ad instantiam eiusdem Cre-
ditoris sui seu Successorum illius Citati existens, me-
diante ut supra a Foro proprio recessu, coram Iudicio
Tribunalitio Regni Lublinensi respondere tenebitur
Primum Citationis Terminum et alios omnes dilationi
bus, euasionibus, exceptionibus, appellationibus, motio
nibus, alijsq; Iuris remedijs non differendo, verum
Inscriptioni præsenti, tam quo ad Summam essenti-
alis debiti, quam quo ad Vadium succubitum per-
soluen[s] in toto satisfaciendo. Alias in forma Inscri-
ptionis debitoreæ plenissima. Quam eadem Recogno
scens manu sua propria subscripsit. Z Potoka Stani-
stawska. W.K. Quam quidem Inscriptionem debi-
toream. Nos firmam et ratam habentes haberiq;
ab omnibus volentes, ad Acta præsentia suscipi,
et ex ijsdem de Verbo ad Verbum descriptam Parti
affectanti authentice extradi permisimus. In quo-
rum fidem præsentibus Sigillum Regni est appres-
sum. Actum Varsauiæ Sabbatho post Festum
Purificationis Beatissimæ Mariæ Virginis proximo
die scilicet Quinta Mensis Februarij Anno Domini
Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo Quinto.

Cedit de Juribus et Inscriptione sup' ceram

Summam Ignatius Casimirus Giza Subdapifer

Owrucen' Ignatio Witurskj Dapifero Gostinen'.

Joannes Tertius etc. Significamus etc.

v.u. Quod coram Nobis et Actis Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris personaliter comparens Generosus Casimirus Giza Subdapifer Owrucensis sanus mente et corpore existens recedendo a Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione sua quauis propria et competenti, huic autem Nostræ Regiæ Jurisdictioni quo ad actum præsentem attinet se se cum Persona. et Bonis suis subjiciendo palam, vltro, libere, et benevole, recognouit, præsentibusq recognoscit. Quia ipse de Jure suo scilicet de Inscriptione Officiosa Cessionaria coram Actis Castrensibus Capitaneatibus Varsauiensibus sub Actu in Curia Regia Varsauiensi Sabbatho post Festum Sancti Luca Euangelista proximo Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo Primo per olim Nobilem Martinum Langi Vngarum super Summam Quatuor Millium Ducentorum Quadraginta Octo Florenorum Polonicalium in Tymfis ex originali Summa Octo Millium Quadringentorum Florenorum Polonicalium per olim Generosum Martinum Choynacki pranominato Martino Langi pro vinis debita Vigore Complanationis cum Generosa Anna Bidzicka prafati olim Generosi Martini Choynacki protunc relicta Vidua ad præsens vero Generosi Vincenty Vla-

dislai Wituski Dapiferi Terra Gostinens Consorte et
successoribus eiusdem olim Generosi Martini
Choynachi inita Decreto Marschalcali Regni firma„
ta proueniens, nec non super certum pignus in Sum„
ma Mille Florenorum Polonicalium itidem in Tymfis
ad rationem eiusdem Transactionis apud prafa„
tum Nobilem olim Martinum Langi depositi, tum
de Causa et Processu tam in Iudicijs Marschal„
catus Regni, quam Iudicijs Officij soliti Castrensis
Capitaneatis Varsauien, prafata Vidua et Succesio
ribus Choynackiego institutt, deqz panis quibusuis
Secretis condemnationibus earumqz publicationibus
ac demum ipsa pratacta Complanatione Vniuersisqz
pratensionibus, ad ipsos habitt, sibi Recognoscenti sa„
cta, ac de omnibus eiusdem Inscriptionis Cessionarie
punctis et contentis, nec non de Summa ipsa Supra scripta
Quatuor Millium Ducentorum Quadraginta Octo Floren
Polonicalium in Tymfis, tum de pignore supra scripto
in Summa Mille Florenorum oppignorato, demum de
Causis et actionibus omnibus ratione eiusdem Summa
supra scriptis Generosis Anna Bidzicka primarum
sapedicti Generosi olim Martini Choynacki ad pra„
sens autem secundarum nuptiarum memorati Generosi
Vincentij Vladislai Wituski Dapiferi Gostinensis Con„
sorti atqz successoribus Choynackiego ad quoduis Offi„
cium et Iudicium Regni per se Recognoscentem inten„
tatis, totisqz earundem Causarum Processibus Decre„
tis, Lucris, ac panis quibusuis seu Condemnationi„
bus earumqz publicationibus sub quocunqz actu, et
inqualicunqz Termino obtent omnibusqz Citationibus
Concitationibus Protestationibus ac quibusuis actibus
iudiciarijs ex instantia Sui Recognoscentis ratione Su„
pra Scripti Iuris sui cessi gestis in quocunqz Iuris
gradu dependens iam exnunc et defacto supranominato

Generoso Vincentio Vladislao Wituski Dapifero Gostinens
illiusq; succesoribus ob prastitam sibi pro praemissis plena-
riam et sufficientem satisfactionem cedit abscedit et con
descendit totumq; et integrum Ius suum quod et quale
sibi Recognoscenti intuitu praemissorum vigore pratacta
Inscriptionis Cessionarie ad quosuis Supramemorati
Generosi olim Martini Choynacki succesores competit et
competere potest, in personam euisdem Generosi Dapiferi
Gostinens ac Succesorum illius transfert et transfundit
Nihil iam sibi Recognoscenti et suis succesoribus Iu-
ris et pratensionis respectu praemissorum omnium ad
eosdem Succesores, olim Nobilis Martini Choynacki
reseruando et escipiendo. Aliàs in forma Inscriptio-
nis Cessionaria plenissima. Quam idem Recognoscens
manu Sua propria subscripsit. Ioannes Casimirus Gi-
za Subdapifer Owrucensis. Quam quidem Inscriptionem
Cessionariam, Nos ratam et gratam habentes, haberiq;
ab omnibus volentes, ad Acta praesentia suscipi,
ijsdem inseri, et ex ijsdem de verbo ad verbum descri
ptam Parti affectanti authentice extradi mandaui
mus. In quorum fidem praesentibus Sigillum Regni
est appressum. Actum Varsauiae Feria Sexta post
Dominicam Sexagesimae proxima die Scilicet Vndecima
Mensis Februarij Anno Domini Millesimo Sexcente-
simo Nonagesimo Quinto. Reg: XXI

Idem quietat de Condemnationibus eundem Generosum Dapiferum Gostinensem.

Ioannes Tertius etc Significamus etc.

vp. Quod coram Nobis et Actis Metricis Regni Cancellaria
Nostra Minoris personaliter comparens Generosus
Casimirus Giza Subdapifer Owrucensis, sanus mente

et corpore existens recedendo a Foro Terris Districtibus
et Iurisdictione sua quauis propria et competenti huic
autem Nostra Regia Iurisdictioni quo ad actum pra-
sentem attinet se se cum Persona et Bonis suis subij-
ciendo palam vltro libere et benevole recognouit pra-
sentibusq; recognoscit. Quia ipse Generosum Vin-
centium Vladislaum Wituski Dapiferum Terra Go-
stinens de Causis et actionibus ratione certa Summa
quatuor Millium Ducentorum Quadraginta Octo Flo-
renorum Polonicalium in Tymfis, aliarumq; pretensio-
num iuxta Inscriptionem Cessionariam sibi Recogno-
scenti, per olim Martinum Langi Hungarum, de
Actu in Curia Regia Varsauien Sabbatho post
Festum Sancti Lucæ Euangelistæ proxime Anno
Domini Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo Primo
factam, ad quoduis Officium et Iudicium Regni etiam
Tribunalitium Petricouiense et Lubliense institutt,
totisq; earum Causarum Processibus, Terminis, Citationi
bus, Concitationibus, Decretis, pœnis, ac Condemnatio
nibus quibusuis earumq; publicationibus sub quibus-
cunq; Actibus et in quibuscunq; Terminis obtentis
ob factam sibi pro præmissis satisfactionem quie-
tat emittit et liberum facit absq; quo ad personam
eiusdem Generosi Dapiferi Gostinensis recedit ni-
hil sibi Recognoscenti et suis Successoribus respectu
præmissorum ad eundem Generosum Dapiferum Go-
stinensem et bona illius reseruando et excipiendo
Alias in forma Quietationis plenissima quam ma-
nu sua propria subscripsit Ioannes Casimirus
Giza Subdapifer Osruensis. Quam quidem Quie-
tationem Nos ratam et firmam habentes haberiq;
ab omnibus Volentes ad Acta præsentia Nosci-
pi ijsdem inseri atq; ex eis de verbo ad verbum
descriptam Parti affectanti authentice extradi

permissimus In quorum fidem praesentibus Sigillum Re-
gni est appressum Actum Varsauiae Feria Sexta
post Dominicam Sexagesimae proxima die Sabbati
cet Vndecima Mensis Februarij Anno Domini
Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo Quinto

Quietat Generosus Wituski Generosum Giza Subdapiferum de leuato pignore Argenti

Joannes Tertius etc. Significamus etc.

v.p. Quod coram Nobis, et Actis Metrices Regni comparens personaliter Generosus Vincentius Vladislaus Wituski, Dapifer Gostinensis, sanus mente et corpore existens, recedendo a Foro, Terris, et Districtibus quibusuis proprys et competen, huic autem Nostrae Regiae Jurisdictioni, quo ad Actum infrascriptum attinet, se se incorporando et subjiciendo, palam ultro et libere recognouit. Quia ipse certum Argentum ut pote Frameam Vulgariter Koncerz nuncupatam Lapidibus Turkis dictis intertextam, tum Lagenam argenteam, atq; Scyphum itidem argenteum adhaec Amphoram argenteam deauratam Vigore certae Transactionis inter olim Nobilem Martinum Langa Hungarum cum Vidua et Successoribus olim Generosi Martini Choynacki initae in Summa Mille Florenorum Polonicalium apud prafatum Martinum Langa oppignoratt tandem per eundem Martinum Langa Generoso Casimiro Giza Subdapifero Osoriecen uista certam Inscriptionem Officiosam Cessionariam in Curia Regia Varsauien Sabbatho post Festum

Sancti Lucæ Euangelistæ proximo Anno Domini Mille-
simo Sexcentesimo Nonagesimo Primo cessum et traditum
de manibus eiusdem Generosi Casimiri Giza Subdá-
piferi Owrucensis leuauit et realiter recepit, de quo
leuato et sibi extrádito eundem Generosum Súdapiferum
Owrucensem et Successores illius quietat et emittit.
Inscribens se cum suis Successoribus in bonis suis omni
bus mobilibus et immobilibus Summisq; quibusuis
pecuniarijs habitis et habendis. eundem Generosum
Subdapiferum Owrucensem ac Successores illius ab
omnibus et singulis impetitionibus quarumcunq; per-
sonarum præcipue Successorum memorati olim Generosi
Martini Choynacki respectu eiusdem Argenti per se
leuati exortis — seu quandocunq; exoriundis iuri-
dicis et extraiuridicis omni tempore et in omni Foro
ac Judicio Regni toties quoties opus fuerit non obstan-
tibus fatalijs Iuris tueri et euincere indemnemq; seu
indemnes reddere sub Damnis Terrestribus simplici
verbo absq; quouis Iuramento taxandis. Pro quibus
casu Contrauentionis respondebit vná cum Successoribg
suis in Foro competenti cum recessu et abrenuntiatio
ne beneficijs Iuris aliàs in forma Quietationis et Eui
ctionis plenissima, quam Recognoscens sua manu
subscripsit. Vincentius Wituski Dapifer Gostinen.
Quam quidem Quietationem cum Euictione Nos
firmam et ratam habentes, haberiq; ab omnibus vo-
lentes, ad Acta præsentia Suscipi ijdem inseri, ac
Parti affectanti authenticè extrádi permisimus. In
quorum fidem præsentibus Sigillum Regni est appres-
sum. Actum Varsauiæ Feriâ Sexta post Dominicam
Sexagesimæ proximâ die scilicet Undecima Mensis
Februarij Anno Domini 1695. Reg XXI

Plenipotentes inscribit Przyiemska

Joannes Tertius etc. Significamus etc.

vp. Quod coram Nobis et Actis praesentibus Metrices Regni comparens personaliter Generosa Theressia de Czelia-
rzowice olim Generosi Alexandri Przyiemski Subdapifo
ri Regni Vidua relicta sana mente et corpore exis-
tens a Foro Terris Districtibus et Jurisdictione Sua
quauis propria et competenti recedendo huic autem No-
stre Regia Jurisdictioni quo ad Actum infrascriptum
attinet se cum Persona et Bonis suis subjiciendo et
incorporando palam Ultro libere et per expressum re-
cognouit. Quia ipsa ad omnes et singulas Causas
et Actiones suas iudiciales, in quocunqz Subsellio
et Judicio Regni sibi Recognoscenti cum quibuscunqz
Personis ratione quarumcunqz rerum et bonorum ac
pratensionum tam ex Actoratu quam Reatu interce-
dentes habitas et habendas institutas et institu-
endas, praesertim verò ad Causam et Actionem oc-
casione Curiae seu Palatij hic Varsauiae in Suburbio
Cracouien, versus Ecclesiam Sanctae Crucis consisten-
tis Generosi olim Alexandri Przyiemski Subdapiferi Re-
gni hareditarij se Recognoscentem pro Juribus suis
concernentis, in Officio seu Judicio Ciuili Antiquae
Varsauiae instituram vel instituendam, Nobiles Constan
tinum Kasinowski Stanislaum Domanski Aulicos su-
os domesticos et Stephanum Maychrewicz Causarum
Ciuilium Patronum, omnes in solidum, et quemlibet illo-
rum seorsue et distinctim in suos veros legitimos et. —

indubitatos Plenipotentes et Mandatarios elegit constituit et ordinauit prout presentibus eligit constituit et ordinat. Dans et concedens eisdem Plenipotentibus suis plenam et omnimodam potestatem et facultatem Causas seu Causam eandem promouendi defendendi litigandi Processum ex Actoratu suo intentand, prosequend, determinand, Decreta in rem sui Recognoscentis lata acceptandi Executionem illorum ordinario Iuris progressu vrgendi, a grauaminosis et contrarijs Sententijs ad altius Subsellium appellandi Appellationes prosequendi, Intromissiones acceptand, aliaq, omnia munia et officia Plenipotentes concernentia peragendi. Promittens id totum quid quid per dictos Plenipotentes suos nomine suo Suie coniunctim Suie diuisim et singulariter gestum actumve fuerit pro rato et grato suscepturam. Alias in forma Plenipotentiæ de Iure plenissima. Quam eadem Recognoscens manu sua subscripsit. Teresa Przyemska. Podstolina Koronna. Quam quidem Plenipotentiam modo premisso factam Nos ratam et firmam habentes habere, ab omnibus volentes ad Acta presentia sumi et ex ijsdem de Verbo ad verbum descriptam Partj affectanti authentice extradi permisimus In quorum fidem etc. Actum Varsauiæ Feria Tertia post Dominicam Reminiscere Quadragesimalem proxima die scilicet prima Mensis Marty Anno 1695.

Eadem constituit alios Plenipotentes

Joannes Tertius etc Significamus etc. v.p.

Quod coram Nobis, et Actis Metrices Regni Cancellaria Nostra Minoris personaliter comparens Generosa

Theressia de Czekarzowice olim Generosi Alexandri Przy
iemski Subdapiferi Regni Consors relicta Vidua
sana mente et corpore existens a Foro Terris Districti
bus et Jurisdictione sua quauis propria et competen
ti recedendo huic autem Nostrae Regiae Jurisdictioni
quo ad actum infrascriptum attinet se cum Persona Bo„
nis ac Posteris suis subiciendo palam vltro libere
et per expressum recognouit praesentibusq; recognoscit
Quia ipsa ad Causas suas generaliter omnes in quo„
cunq; Judicio et Officio Regni Spirituali et Seculari
Signanter in Judicio Curiae Episcopalis Posnaniensis
seu quocunq; alio Foro et Instantia Diœcesis eiusdem
aut alterius cuiuspiam Ecclesiastico, suae ex Actoratu
suae ex Rèèatu ratione quarumcunq; rerum bonorum
ac pratensionum cum quibuscunq; Personis cuius„
cunq; Status conditionis dignitatis et praeminen
tiae existentibus, sibi intercedentes instituras et
instituendas, praecipue autem ad Causam occasione
certi Palatij suae Curiae in Suburbio Ciuitatis Anti„
quae Varsauiae versus Ecclesiam Sanctae Crucis con„
sistens Juribus suis Recognoscentis subiecti seu
aliàs rerum in Citatione expressarum ad Judicium
Curiae Episcopalis Posnaniens sibi intentatt, omni
meliori modo forma et via Juris quibus melius
et efficacius potest ac debet in suos veros legiti„
mos ac indubitatos Plenipotentes et Mandatarios
Nobiles Franciscum et Albertum Woszkiewicze
Fratres Causarum Post Curialium Patronos ambos
in solidum et quemlibet eorum seorsiue et diuisim
fecit constituit elegit et ordinauit prout praesenti„
bus facit, constituit, et ordinat. Dans et concedens
eisdem Plenipotentibus et Procuratoribus suis insi„
mul et distinctim plenam et omnimodam potestatem
Causam et Actionem eandem ac alias omnes in quo cunq;

Fol

Foro habitas promouendi, agendi, instituendi, defendendi Proces-
sum Iuris formandi prosequendi determinandi Decreta ad Exe-
cutionem deducendi pro parte sui Recognoscentis lata, acceptan
a grauaminosis appellandi, Appellationes ordinarie et extra-
ordinarie prosequendi Iuramenta deferendi referendi auscultan
defensas omni meliori modo in Subsidium Causarum sua
Recognoscentis conquiren et iudicialiter allegandi Exceptio-
nes dilatorias et peremptorias in quocunq. Termino et In-
stantia Processus etiam Exceptiones Fori declinatorias prout
id de meliori Statu Causarum suarum fieri posse iudicaue-
rint opponendi et inferendi ac alia omnia quacunq. pro
exigentia Causarum suarum necessaria fuerint seu Plenipo-
tentibus ac Procuratoribus de Lege vel Officio illorum face-
re incumbunt Officia ac Munia perficien agen et exequen
Promittens id totum, quidquid per eosdem suprascriptos Ple-
nipotentes suos coniunctim seu distinctim actum gestumve
fuerit pro rato et grato Suscepturam hac sua personali Re-
cognitione ad prämissa mediante. Alias in forma Plenipo-
tentiæ de Iure plenissima et perfectissima. Quam eadem
Recognoscens manu sua propria subscripsit. Teresa Przÿ-
ienska Podstolina Koronna. Quam quidem Plenipotenti-
am, modo premisso factam, Nos ratam et firmam habentes,
haberiq. ab omnibus volentes, ad Acta presentia suscipi,
et ex ÿsdem de verbo ad verbum descriptam Parti affectan-
ti authenticè extradi permisimus. Actum Varsauiæ Sabba-
tho in Crastino Festi Sancti Casimiri Confessoris die
quinta Mensis Martÿ Anno. 1695.

Eadem constitut Plenipotente

Joannes Tertius etc. Significamus etc.

Quod coram Nobis, et Actis Metrices Regni Cancellaria 7p.
Nostræ Minoris personaliter comparens Generosa Theresia

de Czekarzowice, olim Generosi Alexandri Przyiemski Subda-
piferi Regni Consors relicta Vidua sana mente et corpore
existens a Foro, Terris, Districtibus, et Iurisdictione sua
quauis propria et competenti recedendo, huic autem Nostræ
Regiæ Iurisdictioni quo ad Actum duntaxat præsentem
se cum Persona et Bonis suis subijciendo, palam, vltro,
libere, beneuole, et per expressum recognouit, præsentibusq3
recognoscit. Quia ipsa omni meliori modo, et forma, quibus
de Iure melius et efficacius potuit ac debuit potestq3 ac
debet Nobilem Ioannem Pyszkowski Aulicum suum do-
mesticum ad Causam et Actionem sibi Recognoscenti ad
Iudicium Spirituale Curiæ Episcopalis Posnanien[sis] oc-
casione certi Palatij seu Curiæ hic Varsauiæ in anteurbio
Cracouien[s] dict[æ] uersus Ecclesiam Sanctæ Crucis in Suis
metis consistentis Iuribus legitimis sua Recognoscen[s] subiect
seu aliarum quarumcunq3 rerum in Citatione Fori Spiri-
tualis expressarum institutam in suum verum legitimum
et indubitatum Plenipotentem ac Mandatarium elegit
constituit et ordinauit præsentibusq3 eligit constituit et
ordinat. Dans eidem Pleni potenti ac Mandatario suo
plenam facultatem Causæ eidem attendendi eam omni me
liori modo tutandi defensas inferendi Exceptiones quas
uis pro necessitate Causæ Terminorum et Processus Signan-
ter autem et Specifice Exceptiones Recusatorias Iudici-
um in quouis legitimo seu competenti Termino opponen
di ijsdem insistens promouendi Decreta quouis auscul-
tandi acceptandi a grauaminosis autem et sibi Recognoscen-
ti præiudiciosis ad altius Subsellium seu Instantiam apel-
landi, Appellationes ordinarie vel extraordinarie pro-
sequendi, Iuramenta deferens, referens, et excipiens aliaq
pro Causæ eiusdem qualitate et necessitate, ac pro me-
liori esse sua Recognoscentis perficien[s] agendi et exequendi
Promittens id totum quidquid per dictum suum Plenipotentem
ac Mandatarium suum gestum fuerit pro rato et grato susce-

pturam in forma alias Plenipotentia de Iure perfectissima.
Quam eadem Recognoscens manu sua propria subscripsit
Teresa Przyemska Podstolina Koronna. Quam quidem
Plenipotentia Recognitionem Nos ratam et firmam habentes
haberiq; ab omnibus volentes ad Acta presentia suscipi
et ex ysdem de verbo ad verbum descriptam Parti affectanti
authentice extradi permisimus. In quorum fidem etc Actum
Varsauiæ Feriâ Secunda in Crastino Dominica Lætare
Quadragesimalis die scilicet 14 Mensis Martij An: 1695.

Inscribit Pensionem annuam Referendarius Reg' Pribus Scholarū Piarum Varsauien'

Joannes Tertius etc. Significamus etc.

Quod coram Nobis et Actis Metrices Regni Cancellariæ No- &c.
stræ Minoris personaliter comparens, Generosus Stanislaus
Szczuka, Referendarius Regni, Lublinens', Varacens Capita-
neus, sanus mente et corpore existens, recedendo a Foro, Di-
strictibus et Iurisdictione sua quauis propria et competens
huic autem Nostræ Regiæ Iurisdictioni, quo ad Actum
infrascriptum attinet, se cum Persona et Bonis suis subjciens
palam, vltro, libere, ac benevole recognouit præsentibusq; reco-
gnoscit Quia ipse zelo pietatis ductus, Diuinum cultum
promouendo, memor existens beneficiorum per benedictionem
luminis Supremi sibi elargitorum cupiensq; sorte Bonorū
et fortunarum suarum temporalium æuiterna in gloria
Omnipotentis comparare singulari erga Institutum Reli-
giosorum Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei
Piarum Scholarum in Regno Nostro præclare et exemplariter
florens affectu ductus, prouidendo subueniendoq; necessi-
tatibus eorum, ex mera, pura, spontanea, voluntate libera.

litateq; sua ijsdem Religiosis Patribus Clericis Regulari-
bus ut pote Religioso Patri Rectori pronunc et in futurum
existenti totiq; Collegio Varsauien: Religionis et Insti-
tuti Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei
Piarum Scholarum Pensionem annuam Septingentorum
Florenorum Polonicalium currentis pro tempore in Re-
gno moneta Summa Capitali Decem Millium Floren:
Polon: currentis itidem moneta redimibilem dedit dona-
uit contulit ac perpetue et in avum in vim tamen
Reemptionis ordinauit ac inscripsit. Idq; in Bonis suis
hareditarijs nempe in Palatio sive Curia sui Recogno scen:
Jure proprio et hereditario per se possessa, hic Varsauica
in Platea longa aedialiter penes Viam ex platea Mio-
dowa nuncupata tendentem iacente, antea Generosi olim
Adami Kotowski Dapiferi Terrae Wisogrodien: propria,
nunc vero hareditati et Juribus legitimis sui Recogno
scentis subiecta, inter alias Curias videlicet in pla-
tea Miodowa penes Curiam Magnifici Ottonis Fride
rici Felkierzamb Palatini Czerniechowica, antea Szefegie-
nowska Menichowska et Fochtowska vocitt ab una; et
alteram Curiam in platea longa pronunc Reuerendi in
Christo Patris Domini Constantini Lipski Archi Episco-
pi Leopolien: antea vero Zabrzaska atq; Gizinska
nuncupata ab altera parte situata, tota et integra
munda et libera neminiq; obligata et à Juribus Vxo-
reis Generosa Constantia Marianna a Potok Consor
tis sui Recognoscentis legitimae per Pacta Matrimoni-
alia etiam quo ad medietatem Culmensem de plano
libera et specialiter exempta, idq; cum onere certarum obli
gationum in speciali submissione eorundem Religio
sorum Rectoris et totius Collegij pranominati Varsauien:
Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum
Piarum sibi Recognoscenti data expressarum, cum ea

tamen Cautela et facultate sibimet soli Recognoscenti
reseruata et pracustodita, quod licebit sibi Recognoscen
Pensionem eandem Septingentorum Florenorum Poloni-
calium et Summam Decem Millium currentis Monetæ
redimibilem ab eodem Collegio Varsauien Religiosorum Cle-
ricorum Pauperum Matris Dei Piarum Scholarum recipere
et alteri Collegio nouiter fundando eiusdem tamen et non
alterius cuiuspiam Religionis seu Instituti transferre et
applicare idq; absq; ulla eiusdem Collegij Varsauiensis con-
tradictione. Quam quidem Pensionem Septingentorum
Florenorum in prænemorata Curia inscriptam, is
idem Generosus Recognoscens ipsiusq; successores eius-
dem Curiæ Possessores quotannis duabus temporum Ra-
tis primam videlicet Ratam pro Festo Natiuitatis San-
cti Joannis Baptistæ Trecentorum Quinquaginta
Florenorum alteram verò pro Festo, Sanctorum Trium
Regum cuiuslibet Anni itidem Trecentorum Quin-
quaginta Florenorum Polonicalium moneta in Regno
currenti, incipiendo Solutionem primæ Ratæ a Festo
Natiuitatis Sancti Joannis Baptistæ Anno ad pra-
sens Currenti venturo, memorato Religioso Rectori
et toti Collegio Varsauien tamdiu, quo adusq; eadem
Summa alteri Collegio eiusdem Religionis et Insti-
tuti per se Recognoscentem applicata et quamdiu
eadem Pensio Septingentorum Florenorum Polon
Summa Capitali decem Millium Florenorum Polon
redempta et ex eadem Curia in alia Bona deporta-
ta non fuerit, ac super eadem Curia toties nominata
permanserit, ad Quietationes manuales soluturum
et numeraturum se submittit et obligat. Idq; sub reali
in eandem Curiam, Pensione prædicta oneratam, in
defectu Solutionis pro tempore præfixo alicuius Ratæ
cum adminiculo Officij competentis per omnes insimul

Iuris gradus capessenda et obtinenda Intromissione;
per eosdem Religiosos Rectorem totumq; Collegium Cle-
ricorum Pauperum Matris Dei Piarum Scholarum
bona prænominata Curia pacifice et quiete ac sine
cuiuslis contradictione tenendi habendi possidendi
fructus et emolumenta eiusdem in rem et commodum
suum percipiens. Vt autem idem Religiosus Rector
et Clerici Pauperum Matris Dei totumq; Collegium
Varsauiense Piarum Scholarum eiusdem Pensionis
securi maneant, idem Generosus Recognoscens se su-
osq; Successores in omnibus Bonis suis mobilibus et
immobilibus summisq; quibuscuis pecuniarijs nunc habi
tis et in posterum habens submittit et obligat præfa-
tum Religiosum Rectorem et totum Collegium Piarum
Scholarum Varsauien occasione prædictæ pensionis an-
nuæ Septingentorum Florenorum Polon currentis monetæ
Summa Capitali Decem Millium Florenorum Polonicali-
um redimibilis, et Bonorum prænominatæ Curiæ eadem
pensione oneratorum in omni Iudicio et Officio Regni tam
in toto quam in parte quoties opus fuerit semper et ubiq;
tueri defendere evincere intercedere indemnesq; reddere Bo-
na seu Curiam memoratam mundam et liberam facere, à
Iuribus Debitis Inscriptionibus quibuscuis prioribus et
posterioribus ac quibuscunq; Processibus Iudiciarys genera-
liter ab omni et quauis impetitione iuridica et extra-
iuridica omnium in genere et singularum in specie
Personarum Fatalijs Iuris minime obstantibus Ita ut
præfatus Religiosus Rector cum suo Collegio possit
et valeat integre et pacifice quolibet Anno sine quo
uis impedimento pensionem suprænomiñatam pro tem-
pore præfixo percipere. Idq; sub Vadio Summæ De-
cem Millium Florenorum Polonicalium per se Reco-
gnoscentem Suosq; Successores in Casu non faciendæ
Euictionis et emundationis in toto vel in parte ad Soluendum

succumbens. Pro quo quidem Vadio ac non praestita Evictione
idem Recognoscens cum suis successoribus ad Forum debitum
et competens Citatus vel Citati existentes in primo Citatio
nis Termino Stare et respondere preq. Vadio suprafato
ac re ipsa pro qua Citatus vel Citati fuerint in instanti
satisfacere tenebitur et tenebuntur. Primum Citationis Ter-
minum tanquam peremptorium et alios subsequentes Ter-
minos semper peremptorios dilationibus Exceptionibus Motio-
nibus earum Prosecutionibus Legalitatibus Cuasionibus
Fatalijs alysq. Iuris remedijs et defensis non euadendo
hac sua personali comparitione ad premissa mediante
Alias in forma Inscriptionis sufficientissima quam
is idem Recognoscens manu propria subscripsit. Stani-
slaus Szczuka Referendarius Regni Capitaneus Lubli-
nensis Quam quidem Inscriptionem prauisertam hos
ratam et firmam habentes haberiq. ab omnibus Vo-
lentes ad Acta praesentia suscipi et ex ijsdem de Verbo
ad Verbum descriptam Parti affectanti authentice extra-
di permisimus. In quorum fidem etc. Actum Varsauiae
Sabbatho Sancto die Scilicet Secunda Mensis Aprilis.
Anno 1695. Regni XXI

Relatio eiusdem Illrmi ProCancellarij

Plenes ordinat Illns et Magcus
Pro Cancellarius Regni

Ioannes Tertius etc. Significamus

Quod coram Nobis et Actis praesentibus Metrices Regni vp.
Cancellaria Nostra Minoris personaliter comparens Illu-
stris et Magnificus Carolus de Czekarzowice Tarlo
ProCancellarius Regni Stężycensis Capitaneus Sanus
mente et corpore existens recedendo a Terris Districtibq

et Iurisdictione Sua quauis propria et competenti huic autem Iurisdictioni Nostrae Regiae quo ad Actum praesentem attinet se cum bonis et Posteris suis subjciendo palam et libere recognouit praesentibusq recognoscit. Quia ipse suo et Illustris ac Magnifice Sophia in Babin Pszonczanka Consortis Suae legitimae atq Generosi Francisci Tarlo Capitaneida Pilsnens ex Fratre Nepotis Pupilli sui pro quorum ratiha-bitione cauet et se praesentibus in forma Iuris plenissima inscribit ad Causas et Actiones iudiciarias generaliter omnes et singulas cum quibuscunq Personis ratione quarumcunq rerum et pratensionum in quocunq Iudicio Regni Maioris et Minoris Subsellij tam ex Actoratu quam ex Reatu habitas et habendas institutas et instituendas et in quocunq Iuris ac Processus gradu dependens in Suos veros et legitimos Plenipotentes Venerabilem et Generosos Nicolaum Tomistawski Canonicum Varsauiensem, Praepositum Bielscensem, Thomam Selmiński Actorum Metrices Regni Praefectum, Franciscum Woszkiewicz Causarum Post Curialium Patronum Secretarios Nostros Albertum Los Subdapiferum et Notarium Castrensem Leopoliensem Ioannem Ochotnicki Subdapiferum Zytomiriensem Nicolaum Ostrowski Ioannem Sadzynski Casimirum Zagorski Camerarum Terrestrem Visliciens Ioannem Kulpinski Burgrabium Stzyzcensem Simonem Gazdzicki Casimirum Czarnecki Ioannem Brzostowski Michaelem Zabłocki Ioannem Pigtowski Stanislaum Kowalski et Andream Zythiewicz dq ad triennium integrum inscribit elrgit constituit ac solenniter ordinat Dans et concedens eisdem Plenipotentibus suis coniunctim et diuisim plenam et omnimodam facultatem absolutamq potestatem easdem Causas suas generaliter omnes et singulas in quouis Foro et Iudicio Regni agend promouend defendend instituend institutas prosequend Processus Iuridicos formand, probationes conquirend et iudicialiter

inferendi Decreta suscipiendi a grauaminosis appellandi
prouocandi Appellationes prosequendi Decreta in Execu-
tionem deducendi panas Vrgendi iudiciales leuandi de
leuatis quietandi Iuramenta deferendi referendi auscul-
tandi atten Intromissiones acceptandi in panis Decre-
tis offerendi. Generosis autem Casimiro Czarnieckl Sta-
nislao Koscalski et Andrea Zytkiewicz etiam alios
Plenipotentes in locum sui Substituendi, etsi ex neces-
sitate visum fuerit eosdem reuocandi aliaq omnia
munia et officia Plenipotentes de Iure concernentia
obeundi agendi et exequendi. Promittens id totum quid
quid per eosdem Plenipotentes Suie coniunctim Siue diui
sim actum gestumue fuerit se Recognoscentem Illu-
strem et Magnificam Consortem suam atq Genero-
sum Capitaneidem Pilsnen pro rato et grato Susceptur
Hac sua personali comparitione ad premissa mediante
Alias in forma Plenipotentia solennissima et perfectis-
sima Quam idem Illustris et Magnificus Recognoscens
manu propria Subscripsit. Carolus Tarlo Procancellarius
Regni Stzycensis Capitaneus Quam quidem Pleni-
potentia Inscriptionem, nos firmam et ratam habentes,
habereq; ab omnibus Volentes, ad Acta praesentia
suscipi, et ex ijsdem de Verbo ad Verbum descriptam au-
thentice extradi permisimus. In quorum fidem etc.
Actum Varsauiae Feria quinta post Dominicam Mise-
ricordia proxima die scilicet Vigesima Prima Mensis
Aprilis Anno Domini 1695.

Relatio Illustrissimi et Excellmi Dni
Dni Caroli de Czekarzowice Tarlo
Procancellary Regni Stzycen Capitanei.

Roborat Testamentu Nbly de Buyson.

Ioannes Tertius etc. Significamus etc.

v.p. Quod coram Nobis, et Actis praesentibus Metrices Regni Cancellaria Nostra Minoris comparens personaliter, Nobilis Virgo Pasquina Maria Jack de Buyson in persona Ii assistentia Nobilis Laurentij Brodowski hortulani Nostri Sibi ad hunc Actum pro Tutore rogati et assumpti corpore quidem obsenilem atatem parum valetudinaria mente tamen et animo sana existens mediante approbatione Iurisdictionis Nostra Regia quo ad Actum hunc attinet palam ultro libere et bene uole recognouit. Quia ipsa Testamentum in eaq expresam de bonis Suis dispositionem ac Ultima voluntatis ordinationem per se hic Varsauia sub die prima May Anni currentis conditum manu sua propria Recognoscentis lingua et stylo Gallico conscriptum ac per certos Testes ibidem expressos Subscriptum Sigillisq tam Suo Recognoscentis quam Testium in cera hispanica expressis obsignatum in omnibus eiusdem Testamenti punctis clausulis conditionibus dispositionibus et ordinationibus Vniuersoq illius tenore approbauit confirmauit et ratificauit prout praesentibus approbat confirmat illudq per Executores in eodem Testamento per se ordinatos post fata Sui Recognoscentis in toto adimpleri et ad executionem debere deduci declarat Saluam nihilominus Sibi reseruat facultatem idem Testamentum dum Vixerit cassandi reuocandi annullandi seu meliorandi hac sua personali Recognitione ad praemissa mediante Alias in forma Inscriptionis Roboratoria de Iure plenissima Quam eadem Recognoscens una cum Tutore superius nominato manibus Suis Subscri-

serunt Pasquina Maria Tack de buiſon. Laurentius Bro-
dowski tanquam Tutor ad hunc actum rogatus. Qua
quidem Inscriptionem Roboratoriam Testamenti Nos ratam
et gratam habentes haberiq; ab omnibus Volentes ad Acta
præsentia Suscipi et ex ÿsdem de Verbo ad verbum descri
ptam Parti affectanti authentice extradi permiſimus. In
quorum fidem etc. Actum Varsaviæ Feria Secunda
in Crastino Dominicæ Cantate die scilicet Secunda
Mensis Maij Anno Dñi 1695. Reg XXI

Oblata Inscriptionis pro paste magcæ Annæ in
Nsniez Radzimtowa Caneellane Mag Ducat Lit Sue

Joannes Tertius etc. Significamus etc.

Quod coram Nobis et Actis præsentibus Metrices Regni v.d.
Cancellaria Nostra Minoris personaliter compa-
rend Generosus Joannes Casimirus Leszkiewicz Secreta-
ruis Noſter obtulit et ad Acta præsentia porrexit
nomine Illustris et Magnifici Dominici Nicolai
Radziwił Ducis in Otyka Nieświeſz et Kleck Comitis
in Szydłowiec Mir et Kroze Supremi Magni Ducatq
Lithuaniæ Cancellarij Radomienſis Iurborgenſis Wier-
bolowien Vladislavien Tauroggenſisq Capitanei Inscriptio
nem certam in rem Illustris et Magnificæ Annæ in Wi-
śniez et Iarosław Lubomirska moderna Consortis
eiusdem Illustris et Magnifici Dominici Nicolai Ra-
dziwił Supremi Magni Ducatus Lithuaniæ Can-
cellarij, per eundem Illustrem et Magnificum Maritum
suum Cancellarium Magni Ducatus Lithuaniæ iusta
Stylum et Iura in Magno Ducatu Lithuaniæ obser-
uata factam et deinde officiose coram Actis Castren

Capitaneatibus Viſnen. approbatam ac ex ysdem Actis
Caſtrenſibus Capitaneatibus Viſnenſibus authentice
emanatam petens eandem Inſcriptionem Actis Cancel-
laria Noſtra inſcribi et ingroſſari Cuius Inſcriptionis te-
nor eſt euiſmodi Actum Viznæ in Caſtro die Sabbatho
poſt Feſtum Sancti Michaelis Archangeli proximo
Anno Domini Milleſimo Sexcenteſimo Nonageſimo
Secundo. Coram Officio et Actis præſentibus Caſtren
Capitaneatibus Viſnenſibus perſonaliter comparens
Illuſtriſſimus Dominus Dominicus Nicolaus Radzi
wił Princeps in Olyka Nieſwież et Kleck Sacri Ro-
mani Imperij, Comes in Szydłowiec Mir et Kroze
Supremus Magni Ducatus Lithuaniæ Cancellarius
Radomienſis Iurborgen. Wierzbotowien. Vladislavien.
Caunenſis etc Capitaneus eidem Officio præſenti et
Actis Inſcriptionem infraſcripteam iuſta Iura et
diſpoſitiones ac Vſum in Magno Ducatu Lithua-
nia obſeruari ſolitum, in rem et perſonam Illuſtriſſi
mæ Dominæ Annæ in Wiſnicz et Iaroſlaw Comi
tiſſæ Lubomirſka, dilectiſſimæ Conſortis Suæ ſerui
entem, manu ſua et Illuſtrium Magnificorum cer-
torum Amicorum ſubſcriptam et Sigillo Vſitato
fulcitam obtulit, et Actis Officij præſentis Caſtren
Viſnenſis (Foro ſuo proprio et Iuriſdictione competenti omiſſis
præſenti verò Caſtrenſi Capitaneali Viſnen. Iuriſdi-
ctioni quo ad hunc ſolummodo attinet actum se in-
corporando et plenarie ſubijciendo) ingroſſari poſtu-
lauit: quod Officium Caſtrenſe Viſnen. ſuſcepit et in
Acta Officij ſui ingroſſari permiſit. cuius tenor talis.
Dominik Mikołay Radziwił Xiąże na Olyce y Nie
świeżu y Kleczku Hrabia na Szydłowcu Mirze y kro
zach Kanclerz Wielki Wielkiego Xięstwa Litewskiego
Iuborski Wierzbołowski Władysławowski Kowinski
etc. Starosta. Czynię wiadomo y zeznawam tym.

moim dobrowolnym Listem Zapisem Komu by to ku wia
domosci przyść miało teraz y napotym będącego wie
ku Ludziom. Iż ia za osobliwszą Boskiey iego prze-
zornosci dispositią po zescui z tego świata świetey pamię
ci Iasnie Oświeconey Anny Marey z Lubna Polubien
skiey Xiężny Radziwiłłowey Kanclerzyny Wielkiego
Xięstwa Litewskiego Pani Matzonki mey porząw szy
w Stan Święty Matżenski Iasnie Oświeconą Xiężną
Jey Mosc natenczas Panią Annę na Wiśniczu y
Jarosławiu Hrabiankę Lubomierską primi thori Ia-
śnie Wielmoznego niegdy godney pamięci Ieści Pa-
na Franciszka na Łackowicach Sapiehi Koniu
szego Wielkiego Xięstwa Litewskiego Matzonkę
in viduali Stanu zostaiącą y od pożycia oney sobie
za Matzonkę gdy z życzliwego ku sobie affektu pra-
wdziwey miłości szczerey przyiaźni iawnie odbiera-
tem y odbieram dowody zdało mi się wzaiemną mo-
ią te[y]ze Xiężnie Jey Mości naymilszey Matzonce mo-
iey teraźniejszey odpłacić wdzięcznością W recompen-
sę tedy tey ku mnie Xiężney Jey Mości życzliwości
vmyślitem na dobrach moich własnych nikomu za-
dnym Prawem nieonerowanych mianowicie na Maią-
tności moiey Kroszyn nazwaney w Województwie Nowogro
dzkim leżącey w Miasteczku w Dworach y Folwar-
kach ze wszystkiemi do tey Maiątności przynależyto-
ściami z wolnym onych pożytkowaniem y vżywa-
niem Jasnie Oświeconey Xiężnie Jey Mości Annie
na Wiśniczu y Jarosławiu Hrabiance Lubomir-
skiey Radziwiłłowey Kanclerzyny Wielkiey Wiel-
kiego Xięstwa Litewskiego Naymilszey mey Mat-
zonce dożywotnie mieszkanie zapisać iakoż y
tym dobrowolnym Listem Zapisem (wyiąwszy so-
bie do Życia mego na tych Dobrach mieszkanie

z onych pozytkow vzywanie y rzędzenie) puszczam
y zapisuię Przytym maiąc ia Xięże Kanclerz
Wielki, wielkiego Xięstwa Litewskiego od niegdy
Jasnie Oświeconey Xiężney Jey Mości Pani Anny
Mariey Połubienskiey Radziwiłowey Kanclerzyny
Wielkiego Xięstwa Litewskiego przeszłey Mat.
zonki moiey na maiętnościach Cimkowice y
Bystrzyce nazwanych w Woiewodztwie Nowo.
grodzkim leżących przy dożywociu moim Summę
Trzykroc Sto Tysięcy Złotych osobliwemi za.
pisami do wolnego szafunku zapisane co samo
w pomienionych Zapisach szerzey iest wyra.
żono Tedy z tey pomienionej Summy Trzech
kroc Sta Tysięcy Złotych na tychże maię.
tnościach Cimkowice y Bystrzyce Dwakroć
Sto Tysięcy Złotych currentis monetæ teyże
Xiężnie Jey Mości Pani Małżonce moiey nay
miłszey wiecznie daie, daruie, y zapisuie. Tak
iż po długim Życiu moim niewprzod Successores moyi
do possessiey tych maiętności przychodzic maią asz Sum.
mę pomienioną Dwakroc Sto Tysięcy Złotych Xiężnie
Jey Mości Pani Małżonce mey teraznieyszey wyliczą
y realiter oddadzą Trzymam to iednak po miłości y
affekcie Xiężney Jey Mości Pani Małżonki mey ze z tey
mianowaney Summy Dwochkroc Sta Tysięcy Złotych
po długim Życiu swoim od mitych dziatek ktore nam
Pan Bog w teraznieyszym Małżeństwie dac raczy y kto.
rych się z taski iego przenaymiłszey spodziewamy od.
dalic nie zechce. Warunię przytym y to ze te dobra
moie y maiętnosc z przynależytościami swoiemi kro.
lszyn nazwane Xiężnie Jey Mości naymilszey Mał.
żonce mey tym Listem Zapisem moim na dożywocie
zapisaną po długim Życiu Xiężney Jey Mości wie.
cznością Synom moim z teraznieyszą Xiężną Jey Mci

Spłodzonym ieżli ich Bog da należec maią wiecznemi czasy
Ieżliby zas Boskiey o tym niebyło woli a Potomka Mg.
skiego Rodzaiu z tą Xiężną Iey Mością miec nie zdarzet. Te
dy ta maietnosc Kroszyn nazwana cum suis attinentys
synom moim pierwszego Małzenstwa podługim Życiu Xię.
zney Iey Mości Pani Małzonki mey wiecznością ma nale.
zec. Do ktorey to Maiętności Kroszyna Corki moie tak te kto.
re teraz mam z pierwszego Małzenstwa iako y ktore z tera.
zniejszey Xiężną Iey Mością Pan Bog dac raczy należec
niebędą mogły ktorych y o tym zapisem moim od tych
dobr wiecznością oddalam Albowiem posag onym z mito
ści Rodzicielskiey naznaczony będzie ktorym kontento.
wac się maią y na to Ja Dominik Mikołay Radzi.
wił Xiąże Kanclerz Wielki Wielkiego Xięstwa Litew
skiego dałem ten moy list dobrowolny Zapis Jasnie
Oświeconey Xiężnie Iey Mości Panney Annie na Wisni
cu y Jarosławiu Hrabiance Lubomirskiey Domini Kowey
Mikołaiowey Radziwiłowey Xiężnie Kanclerzyney Wiel.
kiego Xięstwa Litewskiego Małzonce mey namilszey
przy pieczęci moiey z podpisem ręki mey do ktorego
o podpis Ręki Ich Mościow Panow Przyiaciol moich ustnie
y oczywisto uprosiłem. Pisan w Dzięciele Dnia dzie.
dziestego Szostego Miesiąca Septembra Roku Tysiąc
Szescset Dziewięćdziesiątego Wtorego. Dominik
Mikołay Radziwił. Kanclerz Wielkiego Xięstwa. Li.
tewskiego. Locus Sigilli more ac usu Magni Ducatus
Lithuania impressi et fulciti. Ustnie proszony do tego
Zapisu do Jasnie Oświeconego Xiązęcia Iego Mości
Pana Kanclerza Wielkiego, Wielkiego Xięstwa Litew.
skiego, Pieczętarz Bogusław Vniechowski Woiewoda
Trocki manu propria. Ustnie proszony Pieczętarz
do tego Zapisu podług Prawa Bazyli Jan Wolski Woyski
Woiewodztwa Nowogrodzkiego. Ustnie proszony Pieczętarz

do tego Zapisu podług Prawa Kazimierz Michał z Posło
mowa Pustomski Podstoli Rzeczycki manu propria. Post
Ingrossationem vero pradictarum Inscriptionum idem Illustris
simus Princeps Originale do se recepit et de recepto Officium
Notariatus gjuetauit. Et hic subinde suprascriptus Illustriss
simus Dominus Dominicus Nicolaus Radziwił Princeps
Sacri Romani Imperij Comes in Szydłowiec Mir et Kroze Su
premus Magni Ducatus Lithuaniae Cancellarius Ra
domiensis Iurborgensis Wierbolowensis Wladislawien
sis Caunensis Capitaneus coram eodem Officio perso
naliter comparens sanus mente et corpore existens pala
publice ac per expressum recognouit. Quia ipse In
scriptiones binas iuxta Iura ac Dispositiones et Usum
in Magno Ducatu Lithuania obseruari solitum pri
mam quidem Super Aduitalitatem in Bonis Kroszyn.
dictis cum omnibus attinentys in Palatinatu Nouogro
densi, alteram quidem Inscriptionem debitoream Su
per Summam Ducentorum Millium Florenorum
in Cimkowicze et Bystrzyce in Magno Ducatu Li
thuania sittis in personam Illustrissimae Dominae
Annae in Wisnice et Iarostaw Comitissae Lubomier
ska dilectissimae Consortis sua factas et assecura
tas ut eadem Inscriptiones in se latius continentur
Datam in se in Bonis Dzigciot Die Vigesima Se
xta Mensis Septembris Anno Millesimo Sexcente
simo Nonagesimo Secundo continentem in omnibus
earundem Inscriptionum punctis clausulis articulis
nexibus ligamentis articulis conditionibus Tuitio
nibus euictionibus approbat confirmat et ratificat
Inscriptiones praedictas tenendi explendi et inuiolabi
liter obseruandi personali sua comparitione ad pra
missa benevole accedente et consentiente Ex Actis
Castrensibus Capitaneatibus Viznensibus rescriptum.

Sebastianus Gradzki Vice Capitaneus Castrensis Viznensis
mp Locus Sigilli Correxit Kuczewski mp Quam quidem
Inscriptionem prainsertam Nos ad Acta praesentia Cancel-
laria Nostra Metrices Regni inscribi et ingrossari eyusdem
de verbo ad verbum descriptam Parti affectanti authentice ex-
tradi permisimus. In quorum fidem etc. Actum Varsa-
viae Feria Sexta post Dominicam Cantate proxima
die Sexta Mensis May Anno Domini 1695. Regn XX

Oblata Inscriptionis mutuae Adiutalitatis
inter Magcos Radzimtowie Conjuges.

Joannes Tertius. etc. Significamus etc.

Quod coram Nobis et Actis Metrices Regni Can- vp.
cellaria Nostra Minoris personaliter comparens Gene-
rosus Joannes Casimirus Leszkiewicz Secretarius
Noster. obtulit et ad ingrossandum Actis praesenti bus.
porexit nomine Illustrium et Magnificorum Dominii Nico
lai Radzivil Ducis in Olyka Nieswiesz et Kleck Comitis
in Szydlowiec Mir et Kroze Supremi Magni Ducatus Li-
thuaniae Cancellarij Radomiensis Iurborgensis Wierzbolo
viens Vladislaviens Caunen etc. Capitanei, et Annae Co-
mitissae in Wisnicz et Jarosław Lubomirska Conjugum
Inscriptionem reciprocam mutuae Adiutalitatis bonorum
suorum sibi ab invicem factam ex Actis Officij Castren
Capitaneatis Visnensis authentice rescriptam et emana-
tam, petens eandem Actis Cancellariae Nostrae inscribi
et ingrossari. Cuius tenor est eiusmodi. Actum Vizna
in Castro die Sabbatho post Festum Sancti Michaelis
Archangeli proximo Anno Domini Millesimo Sexcente-

simo Nonagesimo Secundo. Coram Officio, et Actis pra-
sens Castrens Capitaneal ibus Viznensibus personaliter
comparens Illustrissimus Dominus Dominicus Nicola-
us Radziwił in Olyka Nieswiesz et Kleck Sacri Romani
Impery Princeps, Comes in Szydłowiec Mir et Kroze Su-
premus Magni Ducatus Lithuania Cancellarius Ra
domien Iurborgen Wierzbotouien Vladislauien Caunen
etc Capitaneus ab vna et Illustrissima Domina Anna
in Wiśnicz et Iarosław Comitissa Lubomirska invicem con-
iuges ab altera Partibus, praecipue Illustrissima Consors
cum libero Consensu Illustrissimi Mariti Sui, à Iurisdictio
ne sua Terrestri quauis propria, et Foro sibi competenti
recedendo, praesenti verò Castrensi Capitaneali Viznensi
se cum Bonis et Successoribus suis quo ad hunc attinet
Actum totaliter incorporando et subyciendo, Sani mentibg
et corporibus existentes, palam publice ac libere recogno-
uerunt; et quilibet eorum ex persona sua Specificis re-
cognouit verbis. Quia ipsi ob respectum boni affectûs
et amoris erga se abinuicem habiti, Adiitalitatem mu-
tuam et Vicissitudinariam, seu vsum-fructum Bonorum
suorum mobilium et immobilium Paternorum Materno-
rum hareditariorum et aliorum quorumuis, praecipué Illustriss
simus Maritus vigore Inscriptionis Adiitalitialis vsu et
stylo Magni Ducatus Lithuania asecurata et ibidem
obseruari solita, in Bonis Kroszyn dictis in Palatinatu No-
uogrodensi sitis cum omnibus eorundem Bonorum vtilitati-
bus fructibus, prouentibus commodis, attinen et pertinen adia-
centysq; nullis exceptis. Illustrissima vero Lubomirska Prin
cipissa Consors in Bonis omnibus in Maiori seu Minori Polo-
niae Regno ac Magno Ducatu Lithuania sitis etiam ex di-
uisione inter Fratres suos Illustrissimos Franciscum Alsty
nen et Georgium Casimirien Capitaneos, Comites in Wisnicz
et Iarosteus Lubomirscios, post mortem Illustrissimae olim

Domina Barbara de Czekarzowice Comitissa in Wisnicz
et Iaroslao Lubomirskia Illustrissimi olim Domini Lubomir
ski Supremi Regni Marschalci et Campiductoris Regni
Consortem Parentem suam facti, sibi pertinend ac Iure
naturalis Successionis spectand et concernen, ac in eisdem
Bonis Summis pecuniarys haerentibus, ut pote nuncupata
Ciuitate Ianikow ac Villis Iankowice, Stabowice, Zurawni
ki, Lipnik, Lipniczek, Golębiow, Miedzygorze, Zurawnica
Obrazow Mierzeiowice in Palatinatu et Districtu San-
domirien, tum Villa Klepie in Districtu Vislicien, Villis
Szleszyn, Gorzyn, Mnikow, cum Pradys in Palatinatu Iuni-
vladislauien et Districtu Bidgostien Sitis et iacentibus
nec non Villis Czaple, Ianow, Umieniec, et Wola Umiecka
vel Reginow dictis in Palatinatu Russia et Terra Prami-
slien confisten, cum omnibus earundem Ciuitatum, Villa-
rum, Praediorum, Arcium, Palatiorum vtilitatibus, fructibg
prouentibus attinentys et pertinentys adiacentbsqz vt
pote subditis Cmetonibus Hortulanis eorumqz obedientys
deitys Censibus quoquo nomine vocitatis melificys, api-
sterys, tum molendinis, eorumqz metretis aggeribus Sta-
gnis piscinis piscibus ac omnibus in genere et specie vti
litatibus, nec non Summis pecuniarys nunc habitis et
inpost habendis auro, argento, Clenodys, cupro stanno cete-
risqz bonorum pranominatorum tam mobilium quam immo
bilium etsese mouentium commoditatibus et emolumentis
ad extrema vita Sua temporumqz spacia tenend, haben,
possiden et pacifice vtifruend prouentusqz percipiend mutuo
et abinuicem inscribunt, assignant, assecurant, adnitali-
tiantqz in hunc qui sequitur modum Quodsi et inquan
tum prius Illustrissimam Principissam Diuina accedente
prouidentia fatis cedere contigerit, extunc Illustrissimus
Princeps Radziwil Supremus Cancellarius Magni Du-
catus Lithuania Bona Supranominata in Meiori seu
Regni Polonia Minori vigentia, cum omnibus eorum
Bonorum vt supradictum est Vtilitatibus tenebit habebit

possidebit illisq; vtifruetur ad extrema Vita Sua tempora
Simili quoq; ratione Si prius Illustrissimum Principem e
Viuis decedere contigerit Maritum extunc pranominata
Illustrissima Principissa Consors Bona omnia mobilia
et immobilia ac se se mouentia Superius Specificata
morte Illustrissimi Mariti Sui derelicta cum omnibus iti-
dem vtilitatibus ex iisdem Bonis prouenien quorius mo-
do in genere et Specie vocitatis tenebit habebit et possi-
debit ad vltimum vitæ Suæ punctum. Post mortem vero
vtrorumq; Illustrissimorum Principum Coniugum Bona
omnia Illustrissimum Principem concernentia in Succesio-
res eiusdem, Bona verò Illustrissima Principissa Iuri
aduitalitio subiecta, in Successores ipsius deuolui debent
et deuoluentur Sine vlla contradictione vtrorumq; Illu-
strissimorum Recognoscentium Successorum. Quam
quidem Inscriptionem Bonorum Ciuitatum Villarum
in Maiori et Minori Regni Polonia ac in Magno Du-
catu Lithuanica degens præmissa Aduitalitatis per
supraScriptos Illustrissimos Principes vtrosq; Coniu-
ges Recognoscentes hisce Actis sibi inscripta ex eisde[m]
Actis Castrensibus Cespitaneedibus Visnensibus re-
Scripta et cautlentice ut Iuris est emanata ad Acta
propry Districtus Bonorum consistentium etiam in
Sui absentia Illustrissimorum Recognoscentium transfer-
re et transportare si opus et necesse fuerit liberum
erit præsentibus personalibus Recognitionibus ad
præmissa accedentibus. Ex Actis Castrens Capitalibus Visnens
rescriptum Sebastianus Grędzki Vice Capitaneus Castrens
Visnens Locus Sigilli. Correxit Kuczewski. Quam qui-
dem Inscriptionem præinsertam mutuæ et reciprocæ Bo-
norum Aduitalitatis, Nos ad Acta præsentia Suscipi
iisdem inscribi et ingrossari et ex eisdem de verbo ad verbu[m]
authentice extradi permisimus. In quorum fidem etc. Actum
Varsauiæ feria Secunda in Crastino Dominicæ Cantate
die Sexta — — Mensis May Anno Dni 1695.

Plenipotentes ordinat Gnosa Przyiemska Subdapiferissa Regni

Joannes Tertius etc Significamus etc

Quod coram Nobis, et Actis, praesentibus Metrices Regni Cancellaria Minoris personaliter comparens, Generosa Theresia de Czekarzowice, olim Generosi Alexandri Przyiemski Subdapiferi Regni Consors relicta Vidua, sana mente et corpore existens, recedendo a Foro, Distrivp.
ctibus, et Jurisdictione sua quauis propria et competenti huic autem Nostrae Regiae Jurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet se cum Bonis et posteris subjiciendo pa.
lam ultro libere et benevole recognouit. Quae ipsa ad Causas et actiones suas judiciales omnes, inquocunqs Judicio et Officio Regni Maioris vel Minoris Subselly, cum quibus cunqs Personis, ratione quarumcunqs rerum bonorum vel praetensionum, tam ex actoratu quam ex Rèàtu habitas et habendas institutas et instituendas, et in quocunq Juris ac Processûs gradu vel Termino dependentes, in suos veros legitimos et indubitatos Plenipotentes Generosos ac Nobiles Franciscum Starzynski Burgrabium Terrestrem Calissien Jacobum Boianowski Matthiam Bogucki Koszczyc Zuszczewski Mattheum Brzechowski Constantinum Kąsinowski Stanislaum Domanski et Joannem Pyszkowski hinc ad triennium integrd

elegit constituit et ordinauit prout praesentibus elegit con-
stituit et solenniter ordinat. Dans et concedens eisdem
Plenipotentibus suis tam omnibus conuinctim quam sin-
gulis diuisim et seorsiue plenariam et omnimodam pote-
statem omnia et singula negotia sua iudicialiter agend
Causas et Actiones quasuis tam ex Actoratu quam
reatu cum quibuscunq Personis ratione quarumcunq
rerum pretensionum ac Bonorum in omni Officio et
Judicio Regni tam Maioris quam Minoris Subsellij
promouendi instituendi institutas prosequendi tutandi
defendendi Probationes inferendi defensas quasuis
adducendi Juramenta deferendi referendi auscultandi
Decreta pro parte sui Recognoscentis lata acceptand
eorundem Executionem seu Executiones Vrgendi a
grauaminosis Decretis appellandi Appellationes tam
ordinarie quam extraordinarie prosequendi panas vrgend
iudiciales leuandi, de leuatis quietandi, in Decretis pa-
nis Intromissiones offerendi, aliaq omnia munia et
officia Plenipotentes de Legum praescripto et Vsu recepto
concernen agendi et exequendi. Promittens id to-
tum quid quid per dictos Plenipotentes sue coniunctim
siue diuisim actum gestumve fuerit pro rato et grato
suscepturam Alias in forma Plenipotentia de Jure
plenissima et perfectissima. Quam eadem Generosa
Recognoscens manu sua propria subscripsit. Teresa
Przyiemska Podstolina Koronna Quam quidem Pleni
potentia Inscriptionem Nos ratam et gratam habentes
haberiq ab omnibus Volentes ad Acta praesentia su-
scipi et ex ijsdem de Verbo ad verbum descriptam Parti
affectanti authentice extradi permisimus In quorum
fidem etc. Actum Varsauiae Feria Secunda in Cra-
stino Dominicae Rogationum die scilicet Nona Men-
sis May Anno Domini 1695.

Relatio eiusdem Illustrissimi ProCancellary.

Abrenuntiat Religiosa Swieszewska monialis
S. Brigitta Bonis materny et paterny

Joannes Tertius etc Significamus etc

Quod cum ad supplicationem Religiosa ac Deodicata
Virginis Marianna Swieszewska Generosi Stephani
Bernardi Swieszewski cum olim Generosa Catharina
de Gotkow olim Generosi Martiani Gotkowski et Ma-
rianna Iesziewska Coniugum legitimorum Filia Consor-
te ℑ℘ℊ legitima procreata Filia Monialis Professa,
Regulae Sanctae Brigittae Conuentûs Varsauiensis
ad aedes Ecclesiae Sanctissimae Trinitatis sitt. dicta
authentica partim ob claustralem clausuram, partim
ob corporis debilitatem adire non valentis Secretarium
Nostrum Vnà cum actis Nostris Metrices Regni pro
Suscipienda ab ea infrascripta Recognitione missi
semus. Comparens coram eodem Secretario Nostro Actisq;
praesentibus Metrices Regni Cancellaria Nostra Minoris
ad crates Coenobij eadem Supraescripta Religiosa Mari
anna Swieszewska Monialis Professa Conuentûs su-
praescripti, in assistentia Religiosae ac Deodicatae
Virginis Annae Gotkowska Matris Priorissae eius-
dem Conuentûs, accedente quoq; beneplacito Reueren-
di in Christo Patris Domini Episcopi Posnanien. tanquam
Loci Ordinarij, quamuis corpore aliquantulum debilis
mente tamen sana existens, mediante Fori praesentis
et Iurisdictionis Nostrae Regiae quo ad Actum hunc
attinet approbatione palam, vltro, libere, et benevole
recognouit praesentibusq; recognoscit. Quod sibi per
praefatum Generosum Stephanum Bernardum Swieszew

ski Parentem suum charissimum intuitu bonorum Ma„
ternorum omnium et singulorum tam mobilium quam
immobilium in qua cunq; forma et specie existentium
se Recognoscentem post fata Suprascriptæ Genero
sæ olim Catharinæ Gotkowska Matris suæ con„
cernentium plenarie et totaliter satisfactum est.
Ob quam sibi præstitam satisfactionem bonis ysdem
Maternis omnibus et singulis mobilibus et immobili
bus Summis pecuniarijs ac Vniuersæ hereditati
ac Successioni Suæ in se ex Capite eiusdem olim Ge„
nerosæ Matris illius qualitercunq; deoluti plena„
rie abrenuntiat. Nihil sibi, Conuentui Monialium
ac quibusuis alijs Successoribus suis, ad eadem
Bona quauis Materna reseruando et excipiendo
verum omne Jus Suum naturale et Successionem
in personam Generosi Andreæ Gotkowski et Succesio„
rum illius resignando transferendo et transfundendo
Ad tenendum habend et possiden perpetuo et in avum.
Ad hæc acceptâ seorsiue ab eodem Supranominato
Generoso Stephano Bernardo Swieszewski Parente
Suo prodote et elocatione Sui ac rebus expeditorijs
ex bonis paternis ipsi debita sufficienti contenta
tione, bonis eisdem paternis omnibus mobilibus et
immobilibus Summis pecuniarijs totaliq; successioni
Paternæ abdicit, eandemq; in personam eiusdem Pa„
rentis Sui ac Successorum illius transfert resignat
et abscedit, perpetuum sibi et quibusuis Suis Succes
soribus ratione præmissorum omnium imponendo silen„
tium. Hac sua personali Recognitione ad præmissa
mediante Quam eadem Recognoscens Vna cum Reli
giosa Assistente manibus sdis proprys subscripse„
runt. Anna Gotkowska Xieni Konwentu Warszaw
skiego ZBS. Marianna Swieszewska Quam quidem
abrenuntiationem

Abrenuntiationis Recognitionem Nos ratam habentes habe..
riq; ab omnibus Volentes ad Acta praesens inscribi, et ex
ysdem de Verbo ad Verbum descriptam Parti affectanti au..
thentice extradi permisimus. In quorum fidem etc. Actum
Varsauiae Feria Tertia post Dominicam Rogationum pro..
xima die scilicet Decima Mensis Maij Anno Dñi 1695.

Cedit de Capitaneatu Stezycen Mnse Maj Pro:
Canti Regni Sui Adamo Tarlo Filio Suo.

Ioannes Tertius etc. Significamus etc.

Quod coram Nobis et Actis Metrices Regni Cancellariae Minoris
personaliter comparens Illustris et Magnificus Carolus de Cze
Karzowice Tarlo, Regni Nostri ProCancellarius et Stezycen
Capitaneus, sanus mente et corpore existens, recedendo
a Foro Districtibus et Iurisdictione Sua quauis pro..
pria et competenti, huic autem Nostrae Regiae Iurisdictioni
quo ad actum praesentem se se incorporando et subjiciendo
palam, Vltrò, et libere, recognouit, praesentibusq; recognoscit.
Quia ipse inhaerendo Priuilegio Consensûs Nostri sibi Re..
cognoscenti ad infrascripta benigniter dati et impertiti,
ad praesens in suo originali exhibiti, manu Nostra Regia sub
scripti et Sigillo Regni Cancellariae Minoris communiti cu..
ius tenor est talis. Ioannes Tertius Dei gratia Rex Po..
lonie Magnus Dux Lithuaniae Russiae etc. Significamus
praesentibus Literis Nostris quorum interest Vniuersis et
Singulis. Magnis in Nos et Rempublicam meritis Ma..
gnifici Caroli a Czekarzowice Tarlo Regni Nostri ProCan..
cellarij et Capitanei Stezycen antequam occurret par gra..
titudo Vlteriorisq; respectus Nostry Regij erga Studia pro
bono publico inclyti Status Ministri adaequata testifica..
tio, perlibenter ad interim consentiendum et permittendum
esse duximus prout consentimus permittimusq; hisce Lris

Nostris ut possit et valeat de omni et integro suo Jure
quod ipsi super prafatum Capitaneatum Stężycensem
in Palatinatu Sandomirien Situm competit cedere illudq;
in personam Generosi Adami Petri de eadem Czekarzo
wice Tarło Filij sui transferre et transfundere. Quaq; qui
dem Cessio Jurisq; transfusio posteaquam coram Actis qui-
buscunq; Regni authenticis peracta et recognita fuerit hos
ratam et gratam Vti eam qua presenti Consensu Nostro
accedente peragetur habituri sumus. Vigore cuius Cessionis
presentisq; Consensus Nostri praedictus Generosus Ada-
mus Petrus de Czekarzowice Tarło prafatum Capitanea-
tum Stężycen cum omnibus Juribus prarogatiuis Jurisdi-
ctione emolumentis adificijs Prodys alysq; in genere omni
bus attinentys et pertinentijs ad praedictum Capitaneum
spectans tenebit et possidebit ad extrema Vita sua tempora
Promittimus autem pro Nobis et Serenissimis Succesoribq
Nostris dictum Generosum Adamum Petrum de Czekarzo-
wice Tarło ab Vsu et pacifica possessione prafati Capita-
neatus illiusq; attinentiarum non amoturos nec amoven
potestatem cuipiam daturos Sed salvum et integrum Jus et
Jurisdictionem ipsi conseruaturos quod et Serenissimi Suc-
cesores Nostri prastabunt Juribus Nostris Regalibus
Reipublica Ecclesiaq; Catholica saluis manen. In cuius
rei fidem presentes manu Nostra subscriptas Sigillo Regni
communiri mandauimus. Dabantur Varsauia die XIII
Mensis May Anno Domini M.D.C.X.C.V. Regni vero Nri
XXI Anno. Joannes Rex. Locus sigilli Minoris
Cancellaria Regni. Nicolaus Tomistawski Canonicus
Varsauiensis Regia Maiestatis Secretarius. Jam exnunc
et defacto de omni et integro Jure suo Acquitalitio quod
et quale ipsi Vigore Jurium et Priuilegiorum suorum legitimor-
super Capitaneatum Nostrum Stężycen in Palatinatu Sando-
mirien Terra vero Stężycen sitt cum Villis ac Prodijs omnibq

ad eundem Capitaneatum ex antiquo spectans atq; cum Iuris-
dictione Capitaneali seruit et competit et hucusq; seruiebat
et competebat supranominato Generoso Adamo Petro Tarlo
Filio suo cessit, abscessit, condescendit, et resignauit prout
presenti sua personali Recognitione tam de ipso Capitane-
atu illiusq; Iurisdictione Capitaneali, quam et de villis
Prædijs, Curijs, agris, pratis, campis, siluis, nemoribus, lacu-
bus, stagnis, piscinis, fluvijs, fluminibus, Molendinis Taber-
nis fructibus prouentibus commodis et emolumentis atti-
nentysq; et pertinentijs Vniuersis nullis penitus exceptis
nunc et ab antiquo ad eundem Capitaneatum Stężycen
spectans, demum subditis Cmetonibus hortulanis eorumq;
laboribus censibus et dationibus cedit abscedit, condescen-
dit et resignat, omneq; et integrum Ius suum Aduita-
litium in personam eiusdem Generosi Adami Petri de
Czekarzowice Tarło Filij sui plenarie et totaliter trans
fert transportat et deruat, ad tenendum, habend, fruend
et possidend pacifice. In quem quidem Capitaneatum
Stężycensem acbona illius, iam ex nunc et de facto is
idem Recognoscens Intromissionem realem et actualem per
Ministerialem Regni Generalem et Nobiles duos in fundo
bonorum acceptandam, eidem Generoso Cessionario suo dat
et admittit, datamq; et admissam nec per se nec per quosuis
alias personas impugnaturum aut impediturum se se
submittit et inscribit. hac sua personali Recognitione ad
premissa mediante. Alias in forma Cessionis de Iure
plenissima et perfectissima. Quam is idem Illustris et Ma-
gnificus Recognoscens manu sua propria subscripsit:
Carolus Tarło ProCancellarius Regni. Quam quidem
Cessionis Recognitionem Nos ratam gratam ac firmam
habentes, haberiq; ab omnibus volentes, ad prozentia Iudi-
pi, et ex ijsdem de verbo ad verbum descriptam parti affectand
authentice extradi permisimus. In quorum fidem etc.

Actum Varsauiæ Sabbatho pridie Dominica Exaudi
die scilicet Decimâ quarta Mensis May Anno Dñi. 1695.

Idem roborat in rem monialium Cracouien
Tituli Visitationis Bmæ Mariæ Virginis

Joannes Tertius etc Significamus etc..

vp. Quod coram Nobis et Actis Metrices Regni Cancellaria
Minoris comparens personaliter Illustris et Magnifico
Carolus de Czekarzowice Tarło ProCancellarius Regni
Sędzycen Capitaneus, sanus mente et corpore existens
recedendo à Foro Districtibus et Jurisdictione sua qua-
uis propria et competenti, huic autem Nostræ Regiæ
Jurisdictioni quo ad Actum præsentem se se incorporando
et subjiciendo palam vltro et libere recognouit præsen-
tibusq; recognoscit. Quia ipse scriptum certum in rem
Religiosæ Priorissæ ac totius Conuentus Cracouien sub
titulo Visitationis Beatissimæ Mariæ Virginis exi-
stens, per se datum, manu sua propria subscriptum et
Damnis Terrestribus firmatum de data illius Varsauiæ
die decima quarta Mensis Maÿ, Anni currentis in om-
nibus eiusdem scripti punctis clausulis articulis con-
tentis et conditionibus Vniuersis approbat, confirmat
et ratificat illudq; in toto et in minima illius parte
tenere complere et exequi de bonis suis generaliter omni
bus mobilibus et immobilibus Summisq; quibusuis pecu-
niarys inscribit et obligat. Idq; sub Damnis Terre-
stribus simplici verbo absq; quouis Juramento taxan
in Casu Contrauentionis præsenti Inscriptioni per se et
Successores ad soluendum succumbendis. Pro quibus qui-
dem Damnis Terrestribus, ac re aliqua principali, in eo-
dem scripto comprehensa in toto, vel in minima parte non

completa ad Officium Castrense Capitaneale Cracouiense
vel Sandomiriense cum suis succesoribus Citatus existens
peremptorie respondebit nullis exceptionibus dilationibq
motionibus earumq prosequutionibus Terminum eundem
peremptorium et alios omnes peremptorios euadendo nul-
laqz Iuris beneficia et remedia contra presentem In-
scriptionem Roboratoriam assumendo quibus omnibus
renuntiet hac sua comparitione personali ad premissa
mediante in forma alias Inscriptionis Roboratoriæ de
Iure perfectissima. Quam is idem Illustris et Magnificq
Recognoscens manu sua propria subscripsit. Carolus
Tarlo ProCancellarius Regni. Quam quidem Inscriptio
nem Roboratoriam nos ratam et firmam habentes habe-
riqz ab omnibus volentes ad Acta presentia suscipi et
ex ijsdem de verbo ad verbum describiam, Parti affectanti
authentice extradi permisimus. In quorum fidem etc. Actum
Varsauiæ Sabbatho pridie Dominicæ Exaudi die
scilicet Decima quarta Mensis Maij Anno Dni 1695.

Donat Srmus Dnus Jacobus Princeps

Magco Radzivill Cancellario M. Du Lithuæ

Ioannes Tertius etc Significamus etc.

Quod coram Nobis, et Actis Metrices Regni Cancellariæ &.
Minoris comparens personaliter, Serenissimus Princeps Do-
minus Iacobus Ludouicus Filius Noster charissimus, men-
te et corpore sanus existens, mediante spontanea Iuris-
dictionis Nostræ quo ad Actum presentem agnitione palam
libere et benevole recognouit presentibusqz recognoscit.
Quia ipse Illustri et Magnifico Dominico Nicolao Radziwill

Duci in Olyka Nieswiesz et Kleck Comiti in Szydłowiec
Mir et Kroze Supremo Magni Ducatus Lithuaniæ Cancel.
lario Radomiensi Iurborgen Wierzbolowien Vladislauì.
en Caunen etc. Capitaneo, illisq Successoribus legiti
mis iam exnunc et defacto totas et integras sortes suas
hereditarias in Bonis Bielawy Palatinatus Masouiæ
Terra autem Varsauien sitas et iacentes Inscriptione
Castrensi Capitaneali Varsouien Sabbatho post Fe.
stum Natiuitatis Sancti Ioannis Baptistæ proximo An
no proxime preterito Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo
Quarto per Generosum Martinum Bogdanowicz Subda.
piferum Trocensem sibi resignatas cum omni earunde
sortium Iure dominio proprietate et hereditate ac omnibg
Fundis Terris possessionibus areis Pradijs Curijs ædificijs
structuris, holodys, granarijs, hortis, pomarijs, agris,
pratis, campis, pascuis, siluis, borris, rubetis, nemoribg
lacubus, piscinis, fluvijs, fluminibus, stagnis aquarum
decursibus molendinis Tabernis molendinatoribus Ta.
bernatoribus subditis emetonibus hortulanis Inqui
linis eorum Vxoribus, liberis, domibus, gazis, laboribg
censibus dationibus vigilijs cunctaq illorum substan.
tia et suppellectili fructibus prouentibus commodis et
emolumentis Vniuersisq earundem sortium attinen
et pertinentijs ita late et longe prout sese eadem
sortes in suis metis et Terminis extendunt vero me
ro puro et nunquam reuocabili donationis titulo
dat donat et resignat perpetue et in æuum nihil sibi
et successoribus suis sanguinis Iuris dominij tituli
et pratextus in ijsdem bonis seu sortibus ad præsens
donatis reseruando et excipiendo Verum omne
et integrum Ius hæreditarium dominium et proprie.
tatem, in personam eiusdem Illustris et Magnifi.
ci Donatary sui suprascripti illisq Successorum ple.

narie transferendo et transfundendo ad tenendum ha.
bendum vendendum possidendum dandum commutand
ac in suos Suorumq3 Successorum beneplacitos vsus
perpetuo conuertendum. In quas quidem sortes praefen
donatas iam exnunc Intromissionem realem cum
actuali et pacifica possessione per Ministerialem
Regni et Nobiles duos sed quouis alio modo Iuridico
acceptandam libere det et admittit. Promittens et Spon.
dens pro se et Serenissimis Successoribus Suis sangui.
nis eundem Illustrem et Magnificum Donatarium Su.
um et Successores illius ab omnibus generaliter impe.
dimentis iuridicis et extraiuridicis, omnium et Singu.
larum Personarum, cuiuscunq3 Status gradus et praemi.
nentiae existentium Ius et interesse aliquod ad sortes
memoratas praesentibus donatas pratendentium, et se se
quomodocunq3 trahentium, ex re et persona duntaxat
Suae Serenitatis et non vltra exorituris, in omni Iudi.
cio et Officio Regni toties, quoties opus fuerit tam in toto
quam in parte tueri euincere et intercedere easdemq3 sor.
tes ab omnibus generaliter oneribus debitis Inscriptio.
nibus prioribus et posterioribus Lucris deniq3 et per lucris
eliberare. Idq3 sub Damnis Terrestribus, Simplici verbo
absq3 quouis Iuramento taxand. et edicend, in Casum non
adimpletionis praemissorum ad soluendum irremissibiliter suc.
cumbendis, ac in ~~Foro~~ competenti peremptorio et Summario
Processu absq3 omnibus dilationibus exceptionibus Cuasio.
nibus motionibus earumq3 Prosecutionibus vindicandis
et vnà cum contentis Inscriptionis praesentis donatoria
decernend. Hac Sua personali ad Acta publica comparitio.
ne et Inscriptione ad praemissa mediante. Aliàs in
forma Inscriptionis donatariae de Iure plenissima. Quam
Idem Serenissimus Recognoscens manu Sua propria subscri
pst.

Jacobus Ludouicus Princeps. Quam quidem Inscri
ptionem Donatariam Nos firmam et ratam habentes
haberiq; ab omnibus volentes ad Acta praesentia susci-
pi et ex ijsdem de verbo ad verbum descriptam Parti
affectanti authentice extradi permisimus. In quorum
etc. Actum Varsauiae Feria Secunda in Crastino
Dominica Exaudi die scilicet decima Sexta Mensis
May Anno A.D.G. Reg nr XXI

Idem cedit de summa
in personam eiusdem.
Joannes Tertius etc Significamus etc.

Ex. Quod coram Nobis, et Actis Metrices Regni Cancella-
ria Minoris comparens personaliter, Serenissimus Prin
ceps Dominus Jacobus Ludouicus Filius Noster cha
rissimus sanus mente et corpore existens mediante Juris
dictionis Nostrae quo ad hunc Actum agnitione palam
sponte, libere et beneuole recognouit praesentibusq; re-
cognoscit. Quia ipse Illustri et Magnifico Dominico
Nicolao Radziwił, Duci in Olyka Nieswież et Kleck
Comiti in Szydłowiec Mir et Kraze Supremo Magni
Ducatus Lithuaniae Cancellario Reddomien Jurborgen
Wierzbotouien Vladislauien Caunen Capitaneo, illi
usq; legitimis Successoribus, iam exnunc de omni et
integro Jure suo: nimirum de Summa Sex Millium Du-
centorum Triginta Sex Florenorum Polon, Decreto Judicij
Tribunalitij Regni Petricouien inter Generosos Stepha-
num Casimirum et Vladislaum Bielawskie Fratres
Alexandram Theresiam Consortem Generosi Vladislai
Wirzbicki, atq; Hedwigim et Sophiam Bielawskie ab Ma

ac olim Magnificum Ioannem a Pieskowa Skała Wielo-
polski Supremum Regni Cancellarium Generalem Cracoui
ens Neoforiens Bochnens etc. Capitaneum et Generosos
Dunin Szpot Mariannam olim Nobilis Stanislai Cha
rzinski relictam Consortem, et Theresiam Virginem Duñ.
nowny Szpotowny parte ab altera; ratione leuationis Sum-
marum de Bonis Villæ Bielawy in Palatinatu Maso-
uiæ Terra vero Varsauiens sitt, Feria quinta post Domini
cam Inuocauit Quadragesimalem Anno Domini Mille-
simo Sexcentesimo Octuagesimo Septimo lato adiudicatt
olim Generoso Ioanni Wielopolski per diuisionem inter
ipsum et alios Fratres et Sorores illius, antenominati
vero olim Magnifici Wielopolski Cancellary Regni Fili-
os et Filias factam assignata, et demissa per eundeg
Generosum olim Ioannem Wielopolski Generoso Martt
no Bogdanowicz. Subdapifero Trocensi Actis Castrens
Cracouien Feria Sexta in Vigilia Festi Natiuitatis
Beatissimæ Mariæ Virginis Anno Domini Millmo
Sexcentesimo Nonagesimo primo transfusa. Tandem per
dictum Generosum Martinum Bogdanowicz Subdapi-
ferum Trocensem Serenissimo Recognoscenti Inscriptione
Castrens Varsauien Sabbatho post Festum Natiuitatis
Sancti Ioannis Baptistæ proximo, Anno Domini Millmo
Sexcentesimo Nonagesimo quarto cessa et demissa, nec
non de eadem ipsa Inscriptione Cessionaria Castrens
Varsauien, tum et de alijs quibusuis Inscriptionibus
originalibus et demissorijs, ac Decreto prætacto Tribu-
nalitio tum de Inscriptione approbatoria per Generosam
Annam in Wisnicz Lubomirska, præfati olim Gene-
rosi Ioannis Comitis in Pieskowa Skała Wielopol-
ski Consortem relictam Viduam, coram Actis Castrens
Cracouien Feria Tertia post Dominicam Conductus

Pascha Anno praterito Millesimo Sexcentesimo Nonagmo
quarto recognita, omnibusq; earundem Inscriptionum ac
Jurium omnium ad Bona Bielawy seu quasvis eorum
sortes se se referentibus Conditionibus Cuictionibus
Tuitionibus Vadys Damnis Terrestribus ac ligamen-
tis Vniuersis, ob factam sibi pro pramissis omnibus plena-
riam et sufficientem satisfactionem, cedit et condescen
dit totumq; et integrum Jus suum ad pramissa habitus
in personam eiusdem Illustris et Magnifici Supremi
Cancellary Magni Ducatus Lithuaniæ et Succesio-
rum illius transfert transfundit et derivat, Summam
eand Jure proprietario et hareditario habēd possiden
leuandi sea in quantum sortibus bonorum prafato-
rum Bielawy inharet, eadem Bona ac sortes tenend
habend possidend, ac in possessionem suam mediante
Intromissione Officiosa apprehend, presentis Cessio-
naria ac originalis Inscriptionis aliorumq; quo-
rumuis Jurium ex Causa Summa eiusdem ad prano-
minata Bona Bielawy se se regulantium vigore
hac sua personali Recognitione ad pramissa mediān
te. Alias in forma Inscriptionis Cessionaria pleniss
sima, quam Serenissimus Recognoscens manu sua
propria Subscripsit Jacobus Ludovicus Princeps.
Quam quidem Inscriptionem Cessionariam Nos fir-
mam et ratam habentes habereq; ab omnibus Volen-
tes ad Acta presentia Suscipi et ex iysdem de verbo
ad verbum descriptam Parti affectanti authentice
extradi permisimus. In quorum fidem etc. Actum Ver-
savia Feria Secunda in Crastino Dominica Exau
di die scilicet Decima Sexta Mensis May Anno
Domini Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo Quinto.
Regni vero Nostri Anno Vigesimo Primo.

Relatio Illrmi et Excellmi Dni Dni Caroli
de Czekarzowice Tarlo Pro Cancellary Regni
Agzycen Capitanei.

Idem cedit de Inscriptione in personam eiusdem.

Joannes Tertius etc. Significamus etc

Quod coram Nobis et Actis Metrices Regni Cancellaria Nostrae Minoris personaliter comparens Serenissimus Princeps Dominus Jacobus Ludouicus Filius Noster charissimus Sanus mente et corpore existens, mediante Jurisdictionis Nostrae quo ad hunc solum actum attinet agnitione, palam ultro libere et beneuole recognouit, praesentibusq; recognoscit. Quia ipse Illustri et Magnifico Dominico Nicolao Radziwiłł Duci in Otyka Nieświesz et Kleck, Comiti in Szydłowiec Mir et Kroze, Supremo Magni Ducatus Lithuaniae Cancellario Radomiensi Iurborgensi Wierzbołowien Vladislauien Caunen etc. Capitaneo, illiusq; legitimis Successoribus, iam exnunc de omnibus Juribus Inscriptionibus hereditarijs obligatorijs alysq; omnibus qualitercunq; nuncupatis dispositionibus et munimentis Literatorijs ac officiosis ad Sortes Bonorum Bielawy per se die hodierna eidem Illustri et Magnifico Cancellario Magni Ducatus Lithuaniae et Successoribus illius Donatas et resignatas, se se regulantibus et referentibus, Signanter autem de Inscriptione donatarie Castren Capitaneali Varsauien Sabbetho post Festum Natiuitatis Sancti Joannis Baptistae proximo Anno proxime praeterito bonorum praefatorum seu Sortium in Bielawy

per Generosum Martinum Bogdanowicz Subdapiferum Trocensem sua Serenitati facti tum de Intromissione in easdem sortes vigore eiusdem Inscriptionis donatoriâ officiose acceptata, ac in Acta quauis authentica per Relationem Ministerialis inducta omnibusqz eorundem Iurium Inscriptionum ac Dispositionum tam antiquiorum quam recentium punctis clausulis obligationibus nexibus et ligamentis necnon earundem Inscriptionum Tuitionibus Euictionibus emundationibus Vadijs et Damnis Terrestribus atqz Foro in eisdem assignato Vniuersisqz aliis effectibus earum cedit abscedit et condescendit; cum omni praemissorum omnium Iure proprietate et hereditate nihil in praemissis pro se et Serenissimis Successoribus Suis sanguinis reseruando et excipiendo, verum totaliter et plenarie in personam Illustris et Magnifici Cancellarij Magni Ducatus Lithuania ac Suorum Successorum transferens et transfundens. Aliàs in forma Inscriptionis Cessionaria plenissima. Quam Serenissimus Recognoscens manu propria subscripsit. Iacobus Ludouicus Princeps. Quam gudem Inscriptionem Cessionariam nos ratam et firmam habentes haberiqz ab omnibus volentes ad acta praesentia suscipi et ex ysdem de Verbo ad verbum descriptam Parti affectanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem etc. Actum Varsauiae Feria Secunda in Crastino Dominicae Exaudi die silicet decima Sexta Mensis May Anno Domini 1695.

Reformat Gnosus Szczuka Referendarius Regni

Gnosa Constantia Marianna de Potok Consorti sua.

Ioannes Tertius etc. Significamus etc.

Quod coram Nobis et Actis Metrices Regni Cancella- v. st.
ria Minoris personaliter comparens Generosus Antoni
us Stanisleus in Szczucin et Radzyn Szczuka Refe-
rendarius Regni Lublinen Varacensisq; Capitaneus Sa-
nus mente et corpore existens recedendo a Foro Terris
et Iurisdictione Sua quauis propria et competen huic autem
Nostrae Regiae Iurisdictioni quo ad Actum praesentem
attinet se cum bonis ac posteris suis subjiciendo pa-
lam vltro libere et beneiole recognouit praesentibusq;
recognoscit. Quia ipse Generosa Constantia Merian-
na de Potok olim Generosi Bogusłai Potocki et Hele-
na de Kurozweki ad praesens superstitis Coniugum Filia
Consorti vero Sua legitima Summam Septuaginta Milli-
um Florenorum Polonicalium currentis in Regno moneta
quemlibet Florenum triginta grossis numerando ipsi
in vim elocationis, partim in pecunia, partim in rebus
parafarnalibus, ex liberalitate Consanguineorum Suo-
rum datam, et per se Recognoscentem receptam intui
tu ac si dotis: tum et aliam Summam similem Septu
aginta Millium Florenorum Polonicalium per modum
dotalitij, ita quod vtraq; haec Summa simul connincta
efficiat Summam Centum Quadraginta Millium Floren
Polonicalt, non includendo adhuc in praesentem Inscri
ptionem Successiones quasuis nec Summam dotalem
eidem Generosae Consorti Sua in expeditionem de Bonis
Paternis et Maternis debitam, seorsiua Inscriptione —
post quam numerata fuerit reformandam, in et Super to-
ta et integra medietate bonorum Suorum omnium ha
reditariorum obligatoriorum mobilium et immobilium
Summarumq; pecuniariarum, vbicunq; existentium,
nec non auri, argenti Clenodiorum nunc habitt et in posterum

habens nullis exceptis sed omnibus in genere et singulis
in specie comprehensis inscribit reformat et dotalitialiter
assecurat per eandem Generosam Consortem suam medi
etatem prætactam bonorum suorum suprascriptorum
omnium mobilium et immobilium cum omni Iure domi
nio proprietate omnibusq3 fructibus prouentibus com-
modis et emolumentis attinentysq3 et pertinentys vni
uersis tenens habens possidens ysq3 vtifruens modo alia-
rum Reformationum in Regno fieri et obseruari soli
tarum. Dans et concedens eidem Generosa Consorti
sua in eandem bonorum suorum medietatem Reforma-
tione presenti oneratam realem per Ministerialem
Regni Generalem seu alio quouis modo Iuridico acce-
ptandam cum Vsufructu possessionem et Intromissio-
nem, Submittensq3 se et suos Successores ac in bonis omni
bus summisq3 quibusuis pecuniarys inscribens pro suffi
cienti eiusdem Generosa Consortis sua ab omnibus impe-
dimentis intuitu eiusdem medietatis bonorum prafatorum
quoquomodo exorituris tuitione et euictione. Idq3 sub
Vadio Septuaginta Millium Florenl Polonicall casu
pramissorum non adimpletionis succumbendo ad soluend.
Pro quo Citatus existens in Foro competenti respondebit
peremptorie cum recessu. hac illius Recognitione ad pro-
missa mediante. Alias in forma Inscriptionis Refor-
matoria plenissima et de Iure perfectissima. Quam
is idem Generosus Recognoscens manu propria subscri-
psit. Stanislaus Szczuka Referendarius Regni Lubli-
nen Varacen Capitaneus. Quam quidem Inscriptionem
Reformatoriam. Nos ratam et gratam habentes haberiq3
ab omnibus Volentes ad Acta presentia Suscipi et exysd
de verbo ad verbum descriptam Parti affectanti authentice
extradi permisimus. In quorum fidem etc. Actum Varsauiæ
Feria Secunda in Crastino Dominica Exaudi die
scilicet decima Sexta Mensis May Anno Dni 1695.

Adultalitas multa und Gnosc. Stan Szczuka Referen'
Regni et Constantha' de Potok Conjuges.

Joannes Tertius etc. Significamus etc.

Quod coram Nobis, et Actis Metrices Regni Cancellaria
Nostra Minoris comparentes personaliter, Generosi
Antonius Stanislaus in Szczucin et Radzyn Szczuka
Referendarius Regni, Lublinens, et Varacens Capitaneg
ab vna, et Constantia Marianna de Patok, olim
Generosi Boguslai Potocki et Helena de Kurozweki
Superstitis Coniugum Filia ab altera parte, abinuicem
Coniuges legitimi, et quidem Generosa Consors cum
consensu et assistentia Generosi Mariti Sui, recedens
a Terris Districtibus et Jurisdictione sua quauis pro-
pria et competenti, huic autem Jurisdictioni Nostrae
Regiae quo ad Actum praesentem sese Subijciendo et
incorporando ambo Sani mentibus et corporibus existen
remq praesentem matura deliberatione considerantes
palam vltro libere recognouerunt praesentibusq reco-
gnoscunt, et quilibet eorum seorsiue et specialiter
pro interesse suo recognoscit. Quia ipsi amorem
Coniugalem sibi testari volentes vterq abinuicem
ac vnus alteri seorsiue mutuam et reciprocam seu Vicis-
situdinariam bonorum suorum omnium mobilium et
immobilium hareditariorum obligatoriorum et aliorum
quorumuis quocunq Jure ad se Recognoscentes perti
nentium, nominatim autem Generosus Maritus eti-
am in Area Curia sua propria et hareditaria Fun-
di et Juris Terrestris existens, hic Varsauiae ad Istu-
lam Sitae, tum Summarum quarumuis pecuniarearum
paratarum et obligatarum nec non auri argenti
Clenodiorum margaretarum vestium vestimentorum

peristromatum ornamentorum cum omnibus eorundem
bonorum commodis vtilitatibus prouentibus reditibus
subditis eorum laboribus censibus dationibus Inuenta-
rijs pecoribus pecudibus Equis Equireis Iugalibus Vni-
uersisq3 alijs rebus ad se Recognoscentes Coniuges spe-
ctans nunc habitis et inposterum habens acquisiti et
acquirens, Aduitalitatem et vsumfructum ad extre-
ma Vitæ Vriusq3 Recognoscentium tempora inscribunt
faciunt et concedunt. Ita videlicet. Quod si Deo sic
disponente prafatam Generosam Consortem Refe-
rendariam Regni, prius quam Maritum Suum e vi-
uis decedere contigerit, extunc Generosus Maritus
illius, Referendarius Regni Superviuens bona eiusdem
Coniugis relicta, omnia mobilia, et immobilia hareditaria, obligatoria, et quouis alio Iuris titulo ad
eandem spectans, tum Summas pecuniarias, paratas
et obligatas, aurum, argentum, clenodia, margaretas
Lapides pretiosos, vestes, vestimenta, Vniuersaq3 para
pharnalia seu mundum muliebrem, ac alias res qua
litercunq3 nuncupatas, eiusdem Generosæ Consortis
Suæ propriàs, cum omni eorundem bonorum et rerum
Iure, dominio, commodis, vtilitatibus, ac vsufructu
tenebit, habebit, possidebit, illisq3 plene vtetur, fruetur
fruetus et commoda pro se ipso percipiet et in suos
beneplacitos vsus conuertet ad extrema vitæ Suæ
tempora. Post mortem verò illius nunc primum bo-
na prarecensita omnia eiusdem Generosæ Coniugis
Suæ cum totali eorum proprietate et dominio ad Succes-
sores euis pleno Iure deuoluentur absq3 queuis Succes-
sorum prafati Generosi Mariti contradictione. Simi-
liter etiam Si Deo sic volente prius Generosus Mari-
tus Suprascriptus Referendarius Regni pramortuus
fuerit relicta Superstite Coniuge sua Generosa.

Referendaria Regni extunc et defacto in eo mortis
euentu Bona ipsius omnia et singula mobilia et im-
mobilia quocunqꝫ nomine vocitata morte eiusdem
Generosi Mariti sui relicta hereditaria obligato-
ria ac quouis alio Iuris titulo ad illum spectandum
omnibus eorund Bonorum subditis Cmetonibus illorum
obedientia laboribus Censibus dationibus fructibus
et emolumentis Praedys Curijs Vniuersisqꝫ attinentijs
et pertinentys tum Summas pecuniarias paratas et
obligatas Aurum argentum clenodia vestes vesti-
menta peristromata totameqꝫ Suppellectilem et ga-
zam nobilitarem cum omnibus fructibus prouenti
bus reditibus. vtilitatibus et obuentionibus
prafata Generosa Constantia Marianna de
Potok Referendaria Regni superuiuens obtinebit
habebit et possidebit illisqꝫ plenarie vtetur fru-
etur commoda et emolumenta omnia pro se per-
capiet et in vsum beneplacitum conuertet similiter
ad extremum vita sua Terminum. Quae bona Ma-
riti nunc primum post fata eiusdem Generosa
Coniugis ad successores illius pleno et integro Iure
itidem sine omni Successorum eiusdem Generosa Con-
sortis contradictione redibunt. in forma alias In-
scriptionis mutua Aduitalitatis de Iure perfe-
ctissima. Quam ydem Recognoscentes manibus
proprijs subscripserunt. Stanislaus Rzczuka Re-
ferendarius Regni Lublinen Varacen Capitaneus
Konstancia z Potoka Rzczuczyna R K. Quam
quidem Inscriptionem mutua Aduitalitatis nos
ratam et gratam habentes haberiqꝫ ab omnibus vo-
lentes ad Acta praesentia suscipi et ex ydem de
verbo ad verbum descriptam Parti affectanti au-
thentice extradi permisimus. In qiorum fidem etc

Actum Varsauiæ Feria Secunda in Crastino Dominicæ Exaudi die scilicet decima Sexta Mensis May Anno Dñi Millmo Sexcentesimo Nonagesimo Quinto.

Robgrat Grusus Referendarius Regni in rem
Gnon Wolczynski Dapiferi Terræ Mielnicen'

Joannes Tertius etc Significamus etc.

vtp. Quod coram Nobis et Actis Metrices Regni Cancellaria Nostræ Minoris personaliter comparens Generosus Stanislaus in Szczucin et Radzyn Szczuka Referendarius Regni Lublinen Varacen etc Capitaneus sanus mente et corpore existens recedendo a Foro, Terris et Jurisdictione sua quauis propria et competenti huic autem Nostræ Regiæ Jurisdictioni quo ad Actum præsentem attinet se cum bonis ac posteris Suis subjiciendo palam, vltro, libere, et beneuole recognouit Quia ipse scriptum certum manuale in rem Generosi Joannis Wolczynski Dapiferi Terræ Mielnicen et Thesauri Nostri primi Notarij per se datum manu propria Sui Recognoscentis subscriptum sub data illius Varsauiæ die decima quinta Mensis Maij Anni currens ratione in eo scripto contentarum rerum confectum in omnibus eiusdem scripti contentis punctis clausulis conditionibus et ligamentis approbat confirmat et ratificat illudq; in toto et in minima eius parte tenere et complere de bonis Suis generaliter omnibus mobilibus et immobilibus ac Summis pecuniarys habitis et habendis se se et Suos Successores præfato Generoso Dapifero Mielnicen et Succesoribus eius inscribit et obligat Forum in Casum Contrauentionis vel in toto vel in parte in

omni Iudicio et Officio etiam Tribunalitio Regni ex Re-
gestro celerioris incidentiæ sibi et Successoribus suis
prafigens et assignans hac sua personali comparitio
ne ad premissa mediante. In forma alias Inscriptio
nis Roboratoriæ perfectissima. Quam idem Recogno-
scens manu propria subscripsit, Stanislaus Szczuka
Referendarius Regni Lublinen Vcraccn Capitaneus.
Quam quidem Inscriptionem Roboratoriam, Nos ra-
tam et firmam habentes, haberiq3 ab omnibus volentes,
ad Actal presentia suscipi, et exijsdem de Verbo ad
verbum descriptam Parti affectanti authentice extradi
permisimus. In quorum fidem etc Actum Varsa-
uiæ Feria Secunda in Crastino Dominicæ Exaudi
die Scilicet decimæ Sexta Mensis May A. Dni 1695.

Relatio eusdem Illrmi Prolancellary Rni.

Vendit Magnus Berk Castellanus Luvonie
Ioanni Tertio Referendario Regni

Ioannes Tertius etc Significamus etc.

Quod coram Nobis et Actis Metrices Regni Cancella- Ea.
ria Nostra Minoris comparens personaliter Magni-
ficus Vladislaus in Szemberg et Zagory Berk Castella-
nus Luioniæ Sanus mente et corpore existens receden
a Foro Districtibus et Iurisdictione sua quauis propria
et competenti huic autem Iurisdictioni Nostræ Regiæ
quo ad actum presentem attinet se se cum Bonis et Posteris
suis subyciendo palam, ultro, libere, et benevole recognouit
præsentibusq3 recognoscit. Quod ipse suo et Magnifica
Constantiæ Wolffowna Coniugis sua legitimæ Bona
sua propria et hæreditaria Lavsk et Ciemianka nun-
cupata in Palatinatu Mazouiæ Terra vero Visnen

consistentia omnia et singula cum omni eorum Jure
dominio proprietate hereditate cumq; omnibus Pra-
dijs, Curijs, ædificijs, structuris, sepibus, sepimentis, po-
marijs, hortis, fundis, treis, terris, possessionibus, agris
pratis, campis, cultis, et incultis, noualibus, agrorum
conseminationibus hiemalibus, et æstiualibus, pascuis
siluis, borris, gais, nemoribus, rubetis, pinetis, virgultis
vepretibus, indaginibus, apibus, apisterys, melificijs
stagnis, lacubus, piscinis, fluvys, fluminibus, torrenti
bus, rivulis, ac quibusuis aquarum decursibus, molen-
dinis, Molendinatoribus, tabernis, tabernatoribus
eorum metretis, pensionibus, seruitijs, datys, officijs, te-
loneis pontalibus et aggeralibus minieris Jure patronatq
seu Præsentationis Præsbiterorum et quorumuis Ecclesia-
sticarum Ministrorum ad quascuis Beneficia et Ministeria
Ecclesiastica et Spiritualia sue in Bonis prætactis
existen sue respectu eorum ad quascunq; Ecclesias
et earum Ministeria se se referen ad se Recognoscen-
tem vel Bonorum prænominatorum Possessores Spectan
et Spectare debitt, tum Subditis Cmetonibus hortula-
nis Inquilinis eorum Vxoribus Liberis tam extanti
bus, quam profugis, domibus, gazis, pecoribus, pecudi-
bus, Suppellectili, laboribus vigilijs diurnis ac no-
cturnis seruitutibus iuvaminibus Censibus dationibq
tributis obedientia cumq; omnibus Bonorum eorunde-
fructibus, prouentibus, reditibus, commodis, vtilitati
bus obuentionibus vniuersisq; rebus mobilibus ad
Fundum bonorum Spectan attinentysq; et pertinen
omnibus nullis exceptis et pro se Recognoscente
Magnifica Conserte ac suis Successoribus vel quo-
piam alio reservatis sed omnibus in genere et sin-
gulis in Specie comprehensis ita late longe et circum
ferentialiter prout ea ipsa Bona in suis metis et limi
tibus continentur et ab alijs Bonis ac contiguitatibq

vicinis dilimitata sunt vel per suos quosuis omnes
antecedaneos possessores et Jurisdatores tenebantur
possidebantur, teneriq et possideri debebant prout ea
omnia in Inuentario per Delegatos ab Utriq in Fun-
do Bonorum eorundem conscribendo experimentur et
circumscribentur, deniq cum omnibus Juribus Inscri
ptionibus et quibusuis officiosis ac literatorys dispos
tionibus ad possessionem hareditariam eorundem bonorum
se se regulantibus iam exnunc et defacto Generoso Antonio
Stanislao in Szczucin et Radzyn Szczuka Referendario Re-
gni Lubliñen Varacen Capitaneo illiusq legitimis Succes-
soribus, mero, vero, puro, perpetuoq ac irrevocabili Venditio
nis titulo, pro Summa Quadraginta Millium Florenorum Po-
lonicalium quemlibet Florenum triginta grossis compu-
tans, in Moneta purè Argentea Talerorum Imperiali-
um absq omni appretiatione illius siue accleitamento
numerata sed eluinteaxat Sex Florenis Timficis Tale-
rum quemlibet computans, iam realiter et effectiue sibi
exoluta, et per se Recognoscentem leuata, de qua sibi
integre persoluta prafatum Emptorem Generosum Refe-
rendarium Regni Rio et Magnifica Conügis sua
nomine tempora in perpetua quietat, vendidit inscri-
psit et resignauit prout praesentis Inscriptionis Vir-
tute, vendit inscribit et resignat perpetuo et in arum
in vim tamen Reemptionis seu cum Pacto eadem Bona
ad praesens vendita (non alias tamen nec aliter nisi
de triennio in triennium) retrouendendi et retroemendi
ida non pro maiori sed pro Simili Summa Quadra
ginta Millium Florenorum Polon in Simili prout
nunc currit argentea moneta absq omni addita-
mento iniquantum Successu temporis valor illius
appretiatus fuerit numeranda si autem cum tempore.

pretum moneta decreuerit eo valore ac pretio illius quo tem-
pore Reemptionis et Retrouenditionis Bonorum curret
astimanda et computanda, prompta parataq; pecunia
vna et insimul cum expensis in vim reparationis bonorum
erogatis, per se Recognoscentem Magnificam Consortem
suam Generoso Emptori vel Successoribus illius persoluen-
Bona eadem Superius nominata cum omni illorum iure
Dominio proprietate et hereditate fructibus et prouenti
bus omnibus, per prænominatum Generosum Emptorem
illiusq; Successores pacifice et quiete tenend haben possiden
dam donand eademq; Cum simili tamen pacto et obli-
gatione retrouenditionis et retroemptionis illorum) alienan
commutand commoda et emolumenta ex ijs percipien et
in Suos suorumq; Successorum quosuis beneplacitos vsq
conuertend. In quæ quidem Bona Superius nominata præ-
sentibus vendita, iam exnunc idem Recognoscens Intro-
missionem realem et actualem pacificamq; possessionem
